Bartholomei Merulæ In primum Ouidii de arte Amandi enarrationes.

SI quis in hoc artem populo non nouit amandi. Ex latinorum poetarum conſuetudine proponit: Inuocat: & narrat ouidius: Nam primis duobus uerſibus amatoriam artem ſe docturum profitetur: Deinde uenerem amorũ matrem inuocat: Narrat poſtremo quemadmodum inuenienda & concilianda ſit amica. In hac autem præfatione facit Auditorem Attẽtum: Docilem: & Beniuolum: Attentum quando exponit utilitatem futuram amantibus ex præceptis amatoriis: Docilem uero reddit ſũma rei breuiter & dilucide comprehenſa: Beniuolentiam quoq; a ſe ipſo captat: qum ſine arrogantia officium ſuum laudat: ut eo carmine: Me uenus artificem tenero præfecit amori: Seruauit igitur in hoc principio Ouidius id quod a Fabio præcipitur, his uerbis: Cauſa principii nulla alia eſt: q̄ ut auditorem: quo ſit nobis in cæteris partibus accõmodatior præparemus: id fieri tribus maxime rebus inter auctores plurimos conſtat: ſi beniuolũ: attentum: Docilem fecerimus: & alibi: Sunt & illa ab excitandis ad audiendum non inutilia: ſi nos nec diu moraturos: nec extra cauſam dicturos exiſtiment: Docilem ſine dubio & hæc ipſa præſtat attentio: Sed & illud ſi breuiter & dilucide ſummam de qua cognoſcere debeat ĩdicauerimus: quod Homerus atq; Virgilius operum ſuorũ principiis faciunt. In hoc populo: in romana ciuitate Artem amandi: modum conciliandæ amicæ: Eſt enim Ars (ut docet Cicero) perceptionum exercitarum conſtructio ad unum exitum uitæ utilem pertinentium: Diomedes uero grammaticus Ita ſcribit: Ars eſt rei cuiuſq; ſcientia uſu. uel traditione. uel ratione percepta tendens ad uſum aliquem uitæ neceſſarium: diciturq; uel quod acto præcepto ſingula diffiniat: & uelut uias quaſdam oſtendat: uel απο της αρετης. unde ueteres artem pro uirtute appellarunt. Arte citæ: ut naues & currus gubernantur a perito homine: ita & amor regi debet ab optimo magiſtro.

## P. OVIDII NASONIS SVLMONENSIS DE ARTE AMANDI LIBER PRIMVS INCIPIT

SI quis in hoc artẽ populo
nõ nouit amandi
Me legat & lecto carmine doctus amet.
Arte citæ ueloque rates: remoque regũt
Arte leuis currus: arte regendus amor.
Curribus autumedon lẽtiſque erat aptus habenis
Tiphys in hemonia puppe magiſter erat.
Me uenus artificem tenero præfecit amori
Tiphys & autumedon dicar amoris ego.

Cicero
diomedes

Veloq; rates remoq; reguntur. Velo enim & remo naues agi uidemus: Remum aũt (ut tradit plinius) copas: uela icarus inuenit. Curribus Autumedon Autumedon (ut Homerus ſcribit in. xvii Iliados) Diorei filius fuit: & Achillis auriga: Virgilius & Equorum agitator achillis Armiger Autumedon: unde quum aurigam deſignant poetæ. eum autumedontem appellant. Iuuenalis. puer Autumedon nam lora tenebat: uidetur autem alludere ad ea Homeri uerba in. xvi. iliados ita ſcribentis: Secundo loco Sarpedon lanceam dirrectam in patroclum non dirrecte contorſit: ſed pro hoſte pedaſi: qui erat tertius equis humerum fixit: quo lætalem dolorem grauibus gemitibus & quaſi mugitibus teſtante atq; in puluerem lapſo animus euolauit ecorpore: eius ruina turbati reliqui equi: in diuerſum abire cæperunt ſtridente iam iugo: habeniſq; amborum ſe implicantibus quod impedimentum eximius Autumedon non differendum ratus ita expediuit: educto enſe inſurgens iacentem pedaſum amputauit: atq; deinde alii equi in locum reuerſi in officio fuerunt. Lentis habenis flexibilibus & ſe implicantibus: hinc fit uerbum lenteo. & lenteſco: & lentandus remus in unda a Virgilio dicitur. Sane habena ab habeo uerbo deducitur ut Priſcianus docet. Tiphys in æmonia: Tiphys (ut ſcribit Seneca in Medea) fuit gubernator argonautarum: qui in ea expeditione periit: Eum tradit plinius adminiculc gubernandi naues primum inueniſſe. In æmonia puppe: in argo naui fabricata in theſſala: dicta ab argo inuentore: uel a celeritate: ut Diodorus & higynius docẽt: hæc dicitur poetis etiam palladia: q̄ eam actoris filius argus Iunonis & palladis auxilio ædificauit: Sane Theſſalia (ut aſſerit Plinius) prius æmonia dicta fuit: eademq; pelaſgis & Comargos atq; Helas Theſſalia & Dryopis ſemper a regibus cognominata: Me artificem: me magiſtrum: Tenero amori: molli & laſciuo: Eſt autem proprium epitheton amoris: Papinius. Fulcra toroſq; deæ tenerum premit agmen amorum: Agaton quoq; apud platõem oñdit amorẽ ſẽper iuuenẽ eẽ: tenerum. & mollem. Tiphys & Autumedon:

Ars
Autumedon.
Vide lenteo & lenteſco
Vide habena
Tiphys
Argo
Theſſalia



Senor mio mucho amado mio senor mio
Senor mio Ruegote.
que ayas misericordia
de mi pecador.
Fide puta tria quero.

dicar amoris ego:dicar eſſe optimus amoris magiſter:ut tiphys & Autumedon habiti ſunt optimi
gubernatores. Ille quidem ferus eſt.fateor ſæuum eſſe cupidinem: Et qui mihi ſæpe repugnat. Et
qui mihi ſæpe eſt aduerſus: Sed puer eſt:puerilem ætatem melius erudiri:quam adultam docet etiã.
Chiron Q uintilianus in primo: Phillyrides puerum:Chiron filius fuit ſaturni ex phillyra oceani filia:cum
qua ille in equum conuerſus:dum per thraciam iouem filium quærit:concubuit:ut Aratus docuit:
Hic herbariam diſciplinam inuenit:ut plinius ſcribit:nauigauit cũ argonautis : iudexq; & medicus

Ille quidem ferus eſt:& qui mihi ſæpe repugnat
Sed puer eſt ætas mollis & apta regi.
Phillyrides puerum citharæ præfecit achillem.
Atq; animos molli contudit arte feros:
Q ui totiẽs ſotios:totiens exterruit hoſteſ:
Creditur annoſum pertimuiſſe ſenem.
Q uas hector ſenſurus erat poſcente magiſtro
Verberibus iuſſas præbuit ille manuſ.
Aeacidæ chiron:ego ſum præceptor amoris:
Sæuus uterq; puer:natus uterq; dea.
Sed tamen & tauri ceruix oneratur aratro!
Frenaq; magnanimi dente teruntur equi.
Et mihi cædet amor:quãuis mea uulneret arcu
Pectora:iactatas excutiatq; faces.
Q uo me fixit amor:quo me uiolentius uſſit:
Hoc melior facti uulneris ultor ero
Non ego phœbe datas a te mihi mentiar artes:
Nec nos aereæ uoce monemur auis.
Non mihi ſunt uiſæ clio :cliuſq; ſorores
Seruanti pecudes uallibus aſcra tuis.
Vſus opus mouet hoc:uati parete perito.

eorum fuit. docuitq; Achilẽ medicinã &
cytharedicam artẽ ut Statius tradit. Hũc
poſt mortem inter ſydera collocatum ſcri
bit ouidius in faſtis his uerſibus. Nona
dies aderat.quum tu iuſtiſſime chiron Bis
Præfice re. ſeptem ſtellis corpore cinctus eras.Cytarẽ
præfecit:præpoſuit pulſadæ cythare: eſt.
enim præficere alicui rei agendæ aliquem
ꝑponere.unde ſuperius dixit Me uenus ar
tificẽ tenero præfecit amori.hic ꝑfecti ur
bis:dicti ſunt.Contudit:domuit a contũ-
do uerbo . Exterruit ſocios : centauros
perterfecit:quum pelion habitaret : unde
chiron apud Statium ita Tethim alloqui
tur.ipſi mihi ſæpe queruntur. Centauri
raptaſq; domos: abſtractaq; coram Ar-
menta & campis ſemet fluuiiſq; fugati.
Annoſum ſenem:longæuum chironem
Pertimuiſſe : formidaſſe. Iuuenalis.
Metuens uirgæ iam grandis achilles Can
tabat patriis in montibus:& cui non tunc
Eliceret riſum cytharedi cauda magiſtri.
Q uas hector ſenſurus erat : hoc dicit
quoniam Achiles hectorem occidit.
V terq; puer:& cupido & achilles. Na-
tus uterq; dea:cupido ex uenere Achilles
ex tethide. Sed tamen & tauri ceruix:
Faceſcu pidinis. Tauri & equi exemplo probat cupidinẽ
poſſe gubernari. Excutiatq; faces : accẽ
dat in me faces:nam . Cupido non ſolum
amantes ſagittis ferire dicitur : ſed etiam
face incendere:Ouidius in met. Tu face neſcio quos eſto contentus amores Irritare tua.& Iuuenalis.
Nec pharetris ueneris macer eſt aut lampade feruet. Vltor ero:ulciſcar accepta uulnera tanto acriꝰ
docendo modum amandi.Non ego phœbe datas;non dicam me artem amatoriam ab apolline:non
Heſio-dus ab auium auſpiciis:non a muſis:ſed ab uſu.& longa amandi peritia accepiſſe.Voce aeriæ auis :garri-
tu uolucrum.quem augures maxime obſeruabant: Nec mihi ſunt uiſæ clio:Heſiodum dicit:qui quũ
Aſcra patriis oues paſceret iuxta heliconem:a muſis ad fontem hippocrenem ductus poeta euaſit. Aſcra ãt
clio uicus eſt in theſpiis iuxta heliconis partem:quam Dius & pimicides Heſiodi parentes incoluerunt re
muſæ. licta patria cuma.Clio autem una eſt ex muſis:ſic appellata propter gloriam:quæ ex poetarum laudi
Theſpa bus oritur:ut diodorus ſcribit. Cliuſq; ſorores:reliquas muſas intellige:quas . Heſiodus dicit iouem
des ex Mnemoſine.hoc eſt memoria genuiſſe-cum qua nouem noctes concubuit in pierio monte:Theo
dontius Teſpiam matrem fuiſſe dicit:aqua Theſpiades appellantur a poetis:Diodoruſ ſcribit in Oſi
ridis exercitu nouem Adoleſcentulas fuiſſe:& cantu & aliis diſciplinis eruditas quas græci appella-
runt Muſas:ꝙ homines bona utiliaq; doceant & quæ ab indoctis ignorantur:has appollinem docuiſ
ſe dicunt:qua ex re muſicus eſt appellatus.pauci ex poetis.in quibus eſt Alcmeon:eas filias eſſe cœli
& terræ aiunt:quidam tres:Alii in quibus Homerus nouẽ fuiſſe pulchritudine eximia ſcribunt: plu-
Clius ra de his Diodorus in quinto:Clius aũt genitiuꝰ ẽ græcꝰ.nã latinus eẽt cliois:ut fabius docet:cuiꝰ uer
gẽs. ba hæc ſunt:Nũc recẽtiores iſtituerũt græcis noĩbus græcas potius declinatões dare:qd tñ ipm ñ ſem
græcus ꝑ fieri põt:mihi aũt placet latinã rõnẽ ſeq:quouſq; patiẽ decor:neq;.n.iã Calypſonẽ dixeri:ut Iunonẽ
q̃q̃ ſecutus ãtiquos cæſar utiẽ hac rõne declinãdi:ſed auctoritatẽ cõſuetudo ſupauit:ĩ cæteris: q̃ pote
rũt utroq; mõ nõ ĩdecenter efferri.q græcã figurã ſeq malet:ñ latine qdẽ:ſed citra reꝑhẽſionẽ loqueẽ
Priſcianus quoq; ita ſcribit:In o ꝓductã deſinentiã græca ſũt fœminina:& græce declinanẽ.ut Mãto
Mãtus:uel addita nis faciunt gẽm:ut dido didonis:calypſo onis:io ionis. Vſus opus mouet hoc:uſu



& experientia.doctus hæc canto:quidã legũt uſus monet hoc:ut ſit utilitatis cã hæc ſcribo. ſuperior Vita
ſententia magis placet.Cœptis mater amoris ades.uenerem Inuocat.Eſte procul uitæ tenues.reiicit
matronas caſtiſſimas:quas tenui uitta & inſtita denotat:Sic alibi:Ecquid ab hac oẽs rigida ſubmoui Stola
mus arte Q uas Stola cõtingi ſumptaq; uitta uetat:& Tibullus:Sit mõ caſta doce:q̃uis nõ uitta liga Inſtita
tos Impediat crines:nec Stola longa,pedes:Stola aũt(ut Marcellꝰ ſcribit)matronæ utebanẽ ad imos Limbus
pedes:quã inſtita aſſuta:hoc eſt,tenuiſſima faſciola ambibat:hanc nõnulli Limbũ appellant. Venerẽ

Vera canam:cœptis mater amoris ades.
Eſte procul uittæ tenues:inſigne pudoris.
Q uæque tegis medios inſtita longa pedes.
Nos uenerem tutam:cõceſſaq; furta canemus.
Inque meo nullum carmine crimen erit.
Principio:quod amare uelis:reperire labora:
Q ui noua nunc primum miles in arma ueniſ
Proximꝰ huic labor eſt. placidã exorare puellã:
Tertius::ut longo tempore duret amor.
Hic modus:hæc noſtro ſignabitur area curru.
Hæc erit admiſſa meta tenenda rota.
Dum licet:& loris paſſim poteſire ſolutis:
Elige:cui dicas:tu mihi ſola places.
Hæc tibi non ueniet tenues delapſa per auras.
Q uærenda eſt oculis apta puella tuis.
Scit bene uenator:ceruis ubi rætia tẽdat.
Scit bene:qua frendens ualle moretur aper
Aucupibus noti frutices:qui ſuſtinet hamos:
Nouit:quæ multo piſce natentur aquæ
Tu quoq; materiam longo qui quæris amori:
Ante frequens quo ſit:diſce:puella loco.
Non ego quærentem uentis dare uela iubebo.

tutam:ignobiles fœminas.ad quas ẽ adi-
tus tutus:quũ e diuerſo ad nobiles pericu
loſus ſit.unde dixit Horatius in ſermoni
bus hic ſe ꝑcipitem tecto dedit:ille flagel
lis Ad mortem cæſus:fugiens hic decidit
acrẽ Predonũ ĩ turbã:dedit hic pro corpo
re nũmos:Hunc ꝑminxerunt calones:qn
ẽt illud Accidit:ut quidã teſtes caudãq; ſa
lacem Demeterẽt ferro.Conceſſaq; furta:
coitus lege ꝑmiſſos:& aditu faciles:Intelli
git aũt nõ mõ ingenuas mulieres & igno
biliores:ſed ẽt libertinas:de qbus ẽt Hora
tius ita ſcribit. Tutior at q̃to merx eſt in
claſſe ſecũda Libertinarũ.furta ãt ꝓ coitu
poſuit.Sic maro. Vulcani ueneriſq; doloſ
& dulcia furta.Pricipio quod amare uelis.
Tria ſeſe doctum eſſe amãtes ꝓponit: pri
mo ĩueniẽdã eẽ amicã: Deinde blanditiis
alliciendã:Poſtremo diutius cõſeruandã
in amore præcipit. Miles:amator & mi-
les cupidinis. Amorem enim Militiæ ſpe-
ciem appellat Ouidius:& amantes militeſ
amoris.In noua arma:in nouam militiam
amoris tanquã tyro:uel nouus in arma ꝑ
figuram.Proximus labor.ſecundus labor
Cicero.Proxima erat hortenſii ſententia.
Huic.labori ſcilicet inueniendæ puellæ.
quam ames. Exorare.precibus & blandi-
tiis tibi morigeram reddere. Tertius ut
longo:ut amor diutius conſeruetur. Hic
modus.hæc menſura. Noſtro curru.no-
ſtris præceptis:eſt enim Similitudo ab
auriga ſumpta. Signabitur area . deſcribetur ſpatium operis . ſicut in area aurigæ currentes ſo-
lent currendi ſpatia deſignare & eligere: Area autem eſt locus purgatus : cylindroq; conſolida- Area
tus : ubi frumentum triturиunt:cuius formam Varro deſcribit : dicta ab ariditate : ꝙ exaruerit
& non poſſit quicquam generare:ut ſcribit Pompeius:Sed in urbibus eas dicimuſq; quas græci pla-
teas appellant.Liuius.Ea eſt Area ante telluriſ ædem.Hæc erit admiſſa meta currendum erit per hoc
ſpacium:perſiſtit adhuc ĩ metaphora aurigæ:Metæ aũt formam Neſtor apud homerum libro.xxiii.
iliados ita deſcribit:Extat ligno aridũ ulnæ longitudine ſupra terrã ſiue quercus ſiue tilia(neq; enim
imbre fatiſcũt)duo aũt utrinq; lapides albi & ob tritõ iter firmiſſimi:planus circũ Hippodromus:id Metæ.
quidẽ alicuius iãpridem defuncti terminũ uel carceres a maioribus inſtitutos arbitror:quod nunc hu Forma
ic muneri Achilles deſtinauit:ut meta ſit.hãc tu curribus propius actis pete:incumbe in ſiniſtram fle
ctens:Dextrum autẽ equũ ſtimulo et uoce protereas:læuus metæ propinquet:& radens Metam ſtrin
gat:& tñ ad lapidẽ non offendat . ne forte & equi lædantur & frãgantur currus. Admiſſa rota:admo
to uel celeri curru.Ouidius in met. Admiſſo.ſequitur ueſtigia paſſu.& Valerius Maximus.Nocte ad
miſſo equo theanã contendit. Dũ licet.dum nihil tibi obſtat:uel dũ fas eſt per ætatẽ:nã ſenẽ nõ de
cet amare.rideẽ enĩ ab oibus:Tibullus. Hunc puer:hunc iuuenis turba circunterit arcta Deſpuit in
molles & ſibi quiſq; ſinus:aut certe dum nullo es alio amore irretitus: Loris ſolutis.amota omni Admiſ-
alia cura. Elige cui dicas.elige puellam.quæ tibi placeat. Scit bene uenator.uenatoris exemplo ſum
quærendam eſſe puellam docet. Aucupibus noti frutices.ſcit quoq; auceps aues in fruticibus uer-
ſari:Eſt autẽ Frutex qui ad iuſtam arboris magnitudinem nõ aſſurgit.De frutice legito Theophra-
ſtum in prio.Q ui cõtinet hamos.piphraſis ẽ piſcatoris.Longo amori:diu duraturo.Dare uela.non Frutex



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Nec tibi:ut iuenias:longa terenda uia eſt:
Andromeden perſeus nigris portauit ab indis.
Raptaq; ſic phrigio graia puella uiro.
Tot tibi nanq; dabit formoſas roma puellas:
Hæc habet:ut dicas:quicquid in orbe fuit:
Gargara quot ſegetes quot hēt methina racēoſ
Aequora quot piſces:frōde teguntur aues.
Quot cælū ſtellas:tot habet tua roma puellas:
Mater & æneæ conſtat in urbe ſua.
Seu caperis primis:& adhuc creſcētibus annis.
Ante oculos ueniet uera puella tuos.
Siue petis iuuenem.iuuenes tibi mille placebūt
Cogeris uoti neſcius eſſe tui.
Seu te forte iuuat ſera:& ſapientior ætas:
Hoc quoq; crede mihi:crebrius agmen erit.
Tu modo pompeia lentus ſpatiare ſub umbra:
Cum ſol herculei terga leonis adit.

eſt inquit longius nauigandum:ut puellam inuenias quemadmodū fecit paris:qui(ut tradūt peotæ) ſuadente uenere:ꝙ pro ſe iudiciū tuliſſet in ida:ut Apuleius in met.oſtendit:in græciam nauigauit: Herodotus tñ aliā huius nauigatōis cām fuiſſe oſtēdit. Longa terēda uia eſt.nō ēt pagranda erit terra ut fecit Perſeus:

perſeus.

Qui a Polydete Magnetis filio ad gorgonas miſſus Andromadē inuenit in littore ceto expoſitā crimine matris Caſſiopes:quæ auſa eſt nereidibus ſe pulchritudine præferre:eamq; liberauit.ut in met.docuit Ouidius:Quare ab Andromede non minorem animi beniuolētiā ꝓ beneficio accepit.nā neq; pater Cepheus Aethiopum rex:nec Caſſiopea mater ab ea potuerunt impetrare:quin parētes ac patriā relinquens perſea ſequeret̄: higynius auctor. Nigris portauit ab indis. In Ioppe quæ ē in paleſtina ante diluuiū cōdita:ubi cepheus regnauit:id factū fuiſſe prædicāt unde(ut Mella ſcribit)Incolæ belluæ Marinæ oſſa oſtētant ī mania ueſtigiū ſeruatæ Andromedæ:Idē Strabo.Ioſephus.&. Plinius ſcribunt.Oui.uero id in æthiopia fuiſſe aſſerit:idē ſentit Higynius nigris autē hoc eſt fuſcis ſolis ardore.Sic & Sappo Placuit cepheia perſeo Andromedæ patriæ fuſca colore ſuæ.Sunt enī indi(auctore herodoto)atri ut ēt Aethiopes.& eorū quoq; genitura atra.qualis corporum color:Indos autē ꝓ aethiopibus poſuit:ut. Virgilius:Sola india nigrum fert hebenū ubi Seruius dicit indiā ꝓ omni plaga æthiopiæ accipiendā eē.q̄uis plinius aliter ſenſerit:De æthiopibus legito Herodotū in tertio.& ſeptimo libro. Quicquid in orbe fuit:romæ dices eſſe omnes orbis puellas: Gargara quot ſegetes: Gargara(ut ſcribit Macrobius)ſunt in Miſia: quæ eſt helleſponti prouincia: Sed Significatio nominis & loci duplex eſt:Nam & cacumen montis idæ:& oppidum ſub eodem monte hoc nomine uocatur:hic autem pro oppido accipitur frugum feraci:ſicuti eſt tota Miſia ob humorem ſoli: Virgilius. Ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes: Methymna racemos.Methymna(ut Strabo ſcribit) eſt urbs leſbiorū:in qua uinum optimum naſcitur. Virgilius.Quam Methymneo carpit de palmite leſbos Mater & æneæ.uenus æneæ mater romæ ſedem habet:ex quo oſtēdit laſciuas eē romanas mulieres. Seu caperis primis:hāc Horatius cōparat ceruino filio ætate naturaq; pauido & quærenti matrē quā perdiderat: Siue petis iuuenem.maiorem natu puellam. Cogeris uoti neſcius eſſe tui:ignorabis quæ.nam ex tam multis puellis eligenda ſit. Sera & ſapientior ætas.eas intellige quæ annum tricesimum excedunt. Tu modo Pompeia.Porticus olim romæ erigebantur ad inambulationes & umbras.Inter cæteras maximæ fuit Admiratiōis Porticus Corinthia ad circū Flāminium erecta a Cneo Octauio:ita appellata propter æs corinthiū:quod erat in columnis:Eadem dicebatur Porticus perſei:ubi erat Tabula picta habens lacedæmonē & Eurotam fluuium:Fuit etiam Pompeiana porticus in campo Martio ingenti ſumptu ædificata:&(ut ſcribit plinius)clara pictura Antiphlii pictoris:q. Cadmū & Europen pinxit.Martialis:Inde petit centum pendentia tecta columnis Illic pompeii dona nemuſq; duplex.Sane pompeius:& Diuus cæſar:& Octauianus.& eius filii:& familiares & uxor & ſoror urbem ædificiis ornarunt:ut Strabo docet. Quum ſol herculei:Quum ſol eſt in leone:Sol.n. tertio decimo calendas auguſtas(ut in.xii.docet columella)in leonem tranſitum facit. Deſignat aūt æſtatem Sol.n.ab ariete incipiens uer oſtendit:& Taurum & geminos tranſiens idem ſignificat:Sed iam capitibus geminorum circulum æſtiuum tangere uidetur:Et per cancrum & leonem tranſiens:& uirginem æſtatem efficit: Et rurſum a uirginis extrema parte tranſire ad æquinoctialem circulum perſpicitur:In libra autem æquinoctium conficit:& Autumnum ſignificare incipit: Ab hoc ſigno tranſiens ad Scorpium & ſagittarium: Deinde protinus incurrit ad hiemalem circulum:& a Capricornio aquario:piſcibus.hiemem tranſigit:auctor Higymis. Leonis herculei.Nemeæum leonem dicit:quem hercules(ut higynius docet)inermis occidit:& inter ſydera collocatus eſt. Aut

Ioppe

Indi aethiopes

Gargara.

metymna

porticuſ corithia

porticuſ perſei

porticuſ pompeiana

ſol ī leone



Aut ubi muneribus nati ſua munera mater
Addidit:externo marmore diues opus
Nec tibi uitetur:quæ priſcis ſparſa tabellis
Porticus:auctoris liuia nomen habet.
Quæq; parare necem miſeris patuelibus auſæ
Belides:& ſtricto barbarus enſe pater.
Nec te prætereat ueneri ploratus adonis:
Cultaq; iudæo ſeptima ſacra uiro.

ubi muneribus:Sunt qui intelligant de Templo concordiæ:quod ædificauit Liuia Germanici mater cuius meminit Ouidius in faſtis:Id poſtea a Tyberio dicatum ſcripſit Suetonius: Mihi magis placet intelligas de porticu octauiæ Theatro Marcelli filii proxima:Nam(ut Suetonius ſcribit) Auguſtus quædam opera ſub nomine alieno nepotū ſcilicet & uxoris ſororiſq; fecit:ut Porticum Baſilicāq; Lucii & Caii:Item Porticus Liuiæ & Octauiæ Theatrumq; Marcelli.Hæc clara erat picturis Antiphlii qui Heſionā nobilem pinxit & Alexandrū ac Philippum cū Minerua:Et androbii:qui pinxit herculem ab œta monte exuſta mortalitate conſenſu deorū in cœlū euntem:Laomedōtis circa herculem & Neptunum hiſtoriam. Externo marmore:Peregrina marmera elaconia.Armenia. Phrygia. Numidia. Paro ægypto.atq; cariſto aduehebantur: ut plinius docet.Iuuenalis Græcis longe ꝙ petitis marmoribus. Priſcis tabellis: Antiquorū pictorum clariſſimis picturis quæ in porticibus locabantur. Liuia nomen habet:porticus Liuiæ meminit Ouidius in faſtis eo carmine. Diſce tamē ueniens ætas ubi Liuia nunc eſt porticus imenſæ tecta fuiſſe domus: In Area huius domus fulmine ictæ Liuiā porticum ædificatum ſcribit etiā ſuetonius. Quæq; parare necem:porticū apollinis palatini intelligit:nam(ut Tranquillus ſcribit) Auguſtus Templum Apollinis in parte Palatinæ domus excitauit:cui addidit Porticus cum bibliotheca græca latinaq;:In ea erant imagines Danaidum quinquaginta:Ouidius in triſtibus Ducor ad intonſi cādida templa dei:Signa peregrinis ubi ſunt alterna columnis Belides:& ſtricto ſtat ferus enſe pater:& propertius.Inter quas Danai fœmina turba ſenis:Danaus autem quinquaginta habuit filias;cuius quū frater ægyptus totidem filios haberet:peteretq; ab eo:ut filias illis in matrimonium daret:Danaus ꝙ ab oraculo acceperat fatum ſibi a genero īminere:diu id recuſauit:coactus tādem a fratre:nuptias celebrat:Puellæ acceptis a patre gladiis ut iuſſum erat prima nocte uiros occiderunt:Sola hipermeſtra linum maritum ſeruauit :unde eas torqueri apud inferos fabulantur poetæ.Ouidius in Ibim.Quæq; gerunt humeris perituras Belides undas Exulis ægypti turba cruenta nurus:& Tibullus.Et Danai ꝓles ueneris quia numina læſit In caua lætheas dolia portat aquas. Miſeris patruelibus: miſeris maritis ſunt enim patrueles: qui ex fratribus naſcuntur. Belides: Danaides:eſt enim patronymicum ab auo deductum: Belus enim pater fuit Danai & ægypti. Stricto enſe: nudo gladio. Nec te prætereat: In templis adulteria exerceri ſolita docet Iuuenalis:quum ait.Nam quo nō proſtat fœmina templo:Intelligit autem hic Ouidius de templo ueneris quæ ritu aſſyrio romæ colebatur cum Adone maxima ueneratione: Ea enim apud Aſſyrios ſiue phœnicas lugens inducitur:cuius rei cauſam aſſignat Macrobius: Idem etiam refert ſimulacrum eiuſdem deæ in monte libano fingi capite obnupto:ſpecie triſti:faciem manu leua intra amictum ſuſtinens:lahcrymaſque uiſione conſpicientum manare credi: Strabo etiam refert in cinyræ regia Byblo Adonidis templa fuiſſe:eamque urbem tyrāno oppreſſam.fuiſſe a pompeio liberatam: De Venere nullam facit mentionem:Iuuenalis quoque oſtendit gentem ex oronte qui fluit inter libanum & Antilibanum iam pridem romam perueniſſe:quum ait Iampridem in tiberī Syrus defluxit orontes:Et linguam & mores & cum tibicine chordas Obliquas nec nō gentilia tympana ſecum Vexit:& ad circum iuſſas proſtare puellas: Fuit autem Adonis filius regis Cinyræ:& Myrrhæ eius filiæ:quem ardentiſſime amauit Venus:ſed ab apro uulneratus interiit non ſine deæ luctu maximo is deinde in florem mutatus eſt:ut docet Ouidius in metamorphoſi. Eſt ſane Adonis (ut docet Seruius)numen coniunctum ueneri:ut Virbius Dianæ:Matri deum Attis:Mineruæ Erichthonius. Cultaque uidæo: Cerimonias iudaicas accipe:ad quas confluebant romanæ puellæ: Sed eas Tiberius poſt modum compeſcuit:Vnde Suetonius ita ſcribit:Externas cerimonias ægyptios.Iudaicoſque ritus compeſcuit:coactis qui ſuperſtitione ea tenebantur religioſas ueſtes cum ueſtimento omni comburere. Iudæorum iuuentutem per ſpeciem ſacramenti in prouincias grauioris cœli diſtribuit: Reliquos gentis eiuſdem uel ſimilia ſectantes urbe ſummo ut ſub pœna perpetuæ ſeruitutis niſi obtemperaſſent. Iuuenalis etiam partes arguit.qui ſuperſtitionibus iudeorum filios imbuebant. Septima Sacra: Cerimoniæ iudeorum quæ fiebant ſeptimo quoq; die:quem Iudæi Sabbatum appellant:Latini uero Saturni diem Sabbatū enī(ut Ioſephus ſcribit)requiē ſignificat:ꝙ ſeptimo die deus quieuit mundo cōſtructo: Apiō uero ita appellatum ſcribit:q̄m iudæi labore feſſi eo

porticuſ Octauie

marmora. peregrina

porticuſ Liuia

porticuſ Apollinis. palatini

Danaus & ægyptus.

patrueles

Venus Aſſyria

adonis

Cerimoniæ iudaicæ

ſabbatū

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

die dolore ſplenis correpti ſunt:a ſabbo qđ ſplenē ſignificat: Alii ſcribunt Moſem Iudeorū ducē montē ſynai occupaſſe:ī quē uenerat ꝑ deſerta arabiæ magna fame & ſiti.inuento frumento & aqua ſeptimo die recreati ſunt:unde Sabbatum:ideſt diem quietis dixerunt:qui in omne æuum ieiunio a . Moſe ſancitus eſt:auctor Trogus:hūc aūt diē adeo ſupſtitioſe ſeruabāt iudei:ut eorū munitiones Pompeiꝰ cœperit obſeruato ieiunii die:quo ab omni opere abſtinēt:auctores Strabo & Ioſephus. Nec fuge niliacæ: Tēplū Iſidis dicit.quod fuit ꝓximū ei cāpo:qui erat cōiunctus campo Martio:Iuuenalis : Iſidis

Tēplū Iſidis

Neu fuge níliacæ memphítica ſacra iuuencæ:
 Multas illa facit:quod fuit ipſa ioui.
Et fora conueniunt:quis credere poſſet? amori
 Flammaq; in arguto ſæpe reperta foro eſt
Subdita quæ ueneris facto de marmore tēplo ē
 Appias expreſſis aera pulſat aquis.
Illo ſæpe loco capitur conſultus amore:
 Q uiq; aliis cauit:non cauet ille ſibi:
Illo ſæpe loco deſunt ſua uerba diſerto.
 Reſque nouæ ueniunt:cauſaq; agenda ſua eſt.
Hunc uenus e templis:quæ ſunt confinia: ridet.
 Q ui modo patronus:iam cupit eſſe cliens.
Sed tu præcipue curuis uenare theatris
 Hæc loca ſunt uoto fertiliora tuo.

antiquo quæ ꝓxima ſurgit ouilis:& Martialis:Hic quoq; deceptus memphitica ſacra frequentat Aſſidet & cathedris mœſta iuuenca tuis. Huius deæ ſacra celebrabantur quotānis a mulieribus decem ꝯcontinuis diebus.ut oſtendit propertius: ubi ſæpenumero ſcortationes:& lenocinia parabantur. Iuuenalis Aut apud Iſiacæ potiꝰ ſacraria lenæ: Mēphitica ſacra ægyptia accipe: Mēphis enim urbs ī āguſtiis ægypti ſita fuit:conditaq; a Mine primo rege ægyptiorū:ut docet Herodotus: Diodorus tū ita ſcribit. Mēphis dicta eſt a filia conditoris ogdoi regis:cū qua nilus ſub imagine tauri dicitur concubuiſſe:ex qua is poſtea natus eſt:quem propter uirtutem Incolæ ægyptum dixere:a quo & regio omnis denominata eſt. Iuuēcæ niliacæ. Iſidis: quā Iuno mutauit in uaccam ut Ouidius docet: niliacam autem ægyptiam accipe a. Nilo flumine ægypti:unde romam eius ſacra aducta fuere:quæ longo c ;mie execratur Propertius cum ipſa dea: Alii legunt linigeræ. ꝙ ſacerdotes inſidiis lino tecti ſacra deæ celebrabant:quorum habitum & pompam luculentiſſime deſcribit ꝑ Apuleius in met. Multas illa facit. multæ illic ſubagitantur : unde Ioſephus libro . xyiii . antiquitatis iudaicæ ſcribit:iuuenē quendam nomine Mondū miro cōmento cōcubuiſſe cū Paulina romana in tēplo Iſidis: Q uod fuit ipſa ioui. nā Io:quæ poſtea iſis dicta fuit a ioue cōpreſſa eſt: Et fora conueniunt. Romæ forū Caii Cæſaris fuit:quod ēt latiū dicebaẗ: Papinius. Q uæ ſup impoſito molles gēmata coloſſo Stat latiū cōplexa forū:& alibi: Latiæ quæ cōtra templa diones Cæſarei ſtat ſede fori: Alterū dicebaẗ romanum uel uetus: Martialis. Romanū propius diuitiuſq; forum eſt: Tertium extruxit Auguſtus cū æde martis ultoris: Suetonius: Fori extruendi cā fuit hominū & iudiciorum multitudo quæ uidebatur nō ſufficientibus duobus. etiā tertio indigere. Foro arguto. frementi litigantium uocibus. Subdita quæ ueneris. Appiam aquā dicit: Nā Appius Claudius (ut liuius refert) in cenſura uiā muniuit:quæ a porta latina.ſiue Capena:quā ēt Fontinalem Pōpeius appellat: Brunduſiū uſq; (ut docet Strabo) ducebat: Papinius: Eſt locus ante urbem:qua primū naſcitur ingēs Appia:quaq; italo genitus almone cybelle ponit: Idē quoq; Aquā appiā ī urbē iduxit:a quo ita appellata mox fuit. De qua ita ſcribit Frontinus: Concipitur Appia ī agro luculano.uia præneſtina iter miliariū.yi.&.yiii. diuerticulo ſiniſtrorſus paſſiuū.dcclxxx.ductus eſt: Habet lōgitudinē a capite uſq; ad ſalinas:qui locus.eſt ad portā Tergeminā paſſuum.xi.miliū.cx.ſurſum.xi.miliū.cxxx.ſupra terrā ſubtracto. & arcuatam proxime ad portā Capenā paſſiuū.lx. Facto de Narmore. Nam in foro.C. Cæſaris erat ædes ueneris Genetricis:quam fecit Archelaus:ſed feſtinatione dedicandi reliqt impfectā:erat præterea prope uiā ſacrā tēplū Veneris cloacinæ:& in capitolio ædes ueneris caluæ & apud Portam colinā tēplū ueneris Erycinæ:cuius in faſtis meminit Ouidius. Appias. aqua ab appio cēſore eo ducta.ubi poſtea forū cæſar extruxit. Expreſſis: eiaculatis:emiſſis. Aera pulſat. aqua enim e fontibus in altū erumpens aerem ferit. Conſultus. iuriſperitus. Aliis cauit. reos defendit. Deſunt ſua uerba. neſcit iuriſperitus uti apud amicam eloquentia:qua in foro uti ſolet. Reſq; nouæ nouæ cauſæ non iudiciales:ſed amoris. Sed tu præcipuæ. Fœminæ ad ſpectandos ludos ex omni urbis parte in theatrum decurrebant Iuuenalis. Cuneis an habent ſpectacula totis Q uod ſecutus ames:quodq; inde excerpere poſſis:& propertius. Tu neq; Pompeia ſpatiabere cultus in umbra: Nec quū laſciuū ſternet harena forum. Colla caue Inflectas ad ſummum obliqua theatrum. Venare. Tanquam uenator amicam inquire.

Mēphis

Forum. Triplex

Appia Aqua: Via Appia

Aedes ueneris. Genitricis

Curuis theatris. Curuum theatrum appellat propter fomam hemicycli:quam obtinebat ut Caſſiodorus ſcribit: Voto fertiliora tuo: in theatro uberior eſt puellarum copia:quam poſſes cupere



Thyma ſumma: ſūmas partes thymi eſt.n.thymū herba apibus gratiſſima. Vergilius. Nerine galathea thymo mihi dulcior hyble. Floret circa ſolſtitia:quū & apes decerpunt:& auguriū mellis eſt:puētum eni ſperant apiarii florente eo. Primus ſollicitos. a romulo primū in theatro cœpiſſe laſciuā licentiā oſtendit. Ludos ſollicitos: inquietos & curarū amoris plenos: Conſualia deſignat:quibus Sabinæ raptæ ſunt:nota eſt hiſtoria a Liuio Dionyſio & Plutarcho celebrata:quā ēt in tertio faſtorū luculentiſſime deſcribit Ouidius. Tunc neq; marmoreo. Vela in theatris umbram fecere:quod primus

Thimū

Conſualia

Vela in theatris

Illic inuenies:quod ames:quod ludere poſſis:
 Q uodque ſemel tangas:quodq; tenere uelis
Vt redit:itq; frequens longū formica per agmē
 Granifero ſolitum dum uehit ore cibum:
Aut:ut apes ſaltuſque ſuos:& olentia nactæ
 Paſcua per flores:& thyma ſumma uolant:
Sic ruit in celebres cultiſſima fœmina ludos.
 Copia iudicium ſæpe morata meum eſt.
Spectatum ueniunt.ueniunt ſpectētur ut ipſæ.
 Ille locus caſti damna pudoris habet.
Primus ſollicitos feciſti romule ludos:
 Cum iuuit uiduos rapta ſabina uiros.
Tunc neq; marmoreo pendebant uela theatro
 Nec fuerant liquido pulpita rubra croco
Illic:quas tulerant nemoroſa palatia:frondes
 Simpliciter poſitæ:ſcæna ſine arte fuit:
In gradibus ſedit populus de ceſpite factis:
 Q ualibet hirſutas fronde tegente comas.
Reſpiciunt:oculiſq; notat ſibi quiſq; puellam
 Q uam uelit.& tacito pectore multa mouet:
Dūq; rudem præbente modum tibicine thuſco

omniū inuenit.Q.Catulus:quū capitolium dedicaret: Carbaſina deinde uela primꝰ in theatro duxit lētulus Spinter Apollinaribus ludis: Mox cæſar totū forū romanū ītexuit:uiāq; ſacrā ab domo ſua ad cliuum uſq; in capitolium Auctor Plinius. Pendebant ſic & ꝓpertius. Nec ſinuoſa cauo pendebant uela theatro. Marmoreo theatro. Theatra non ex marmore ſtructa erant.ut poſtea theatrū Pompeii māſurum:&.M. Scauri theatrū opus maximū omniū:quæ unq̄ fuere humana manu facta:ſcæna fuit ei triplex altitudine .ccc. lx. columnarum: Ima pars ſcænæ e marmore fuit:media e uitro:ſūma tabulis inauratis: Columnæ imæ duodequadragenū pedū: Signa ærea inter columnas fuerūt tria milia numero: Cauea ipſa cœpit hominū .lxxx.milia. Auctor Plinius uerū prius ſubitariis gradibus & ſcæna in tempus ſtructa ludos edi ſolitos:& ſi uetuſtiora tēpora repetamus ſtantē populū ſpectauiſſe ſcribit Tacitus libro.xiiii. Nec fuerant liquido Croco trito & mero infuſo uaſe uitreo.qđ Martialis Nimbū appellat : ſpargebantur theatra populo nimia opulentia luxuriante ut teſtis eſt Plinius: Ouidius in faſtis. Nec fuerant rubri cognita fila croci . & ꝓpertius pulpita ſolemnes non oluere crocos. Illic quas tulerant: Scæna prius frondibus e palatino monte decerptis ornabatur: At poſtea claudius Pulcher ſcænam uarietate colorum adumbrauit uacuis ante picturam tabulis extentam:quam totā argento. P. Antonius: Auro petreius: Ebore. Q. Claudius prætexuit: Verſatilem fecerunt Lucius & Cina locū:quē argentatis coragiis. P. lentulus Spinter adornauit:auctor Valerius Max. ſcæna autem (ut ſeruius docet) inumbratio interpretaẗ:ꝙ a ruſticis primū inumbrationis cā reperta fuit ad carmina decantanda:ſed poſtea theatri ps ita appellari cœpta ē:theatrū eni (ut Caſſiodorus tradit) erat ī hemicycli ſpeciē:cuius frons.quæ uelut chordā inter arcus cornua patet ſcæna appellatur. Q ualibet hirſutas. coronā frondeā geſtabant maiores ī ſpectādis ludis:poſtea tanta inoleuit luxuria:ut ēt roſacea cœperint uti unde Plinius ſcribit .L. Fuluiū Argētariū bello punico ſecūdo quū corona roſacea īterdiu e pergula ſua ī forū proſpexiſſet.ex auctoritate ſenatus ī carcerē adductū nō ante finē belli emiſſū eē. Comas hirſutas. quia romani: antea intōſi fuerūt. Horatius. Nō ita Romuli ꝑſcriptū & intōſi catonis auſpiciis ueterumq; norma Et Varro in re ruſtica. Olim tōſores nō fuiſſe ſignificant antiquorū ſtatuæ:ꝙ pleræq; habent capillū & barbā magnā:ſed tōſores (auctore plinio) ī italiā ex ſicilia uenere poſt romā cōditā anno.cccc.liiii.adducēte.P. Ticinio mena. Reſpiciunt. luſtrāt & īquirūt quā rapiāt. Tacito pectore: tacēdo enī cogitabant. Rudē modū: rudē modulationem:nam dum præcinūt rudes uidentur uel fortaſſe rudibꝰ adhuc huius artis hetruſcis:quia nōdū tā inflexa aīa ſono:nec tam pluriformi mō:nec multiforatili tibia utebanẗ. Tibicine tuſco quia ex hetruria uenerāt tibicines:quorū ſacrificæ tibiæ ex buxo fiebant: ludicræ uero ex loco arbore: Deīde ex oſſibꝰ aſininiſ poſtea ex argēto ſane Tibicē penultimā ꝓducit ꝙ ſinereſis facta ē duorū ii breuiū ī lōgā:qū ī reliqs corripiaẗ:ut cornicē & fidicen:auctor Priſcianus Martialis. Ebria nos madidis rūpit Tibicia buccis Tibiarū muſicā plutarchus ī apollinē refert Alcei teſtimoio: At Plinius obliquā tibiā midæ phrigio: Gemīas tibias Marſiæ tribuit: Apuleius Hiagnim Marſiæ patrē dicit ī canēdo manꝰ diſcapedinaſſe:primū duas tibias uno ſpiritu aīaſſe:primū læuis ac d

Thea tra marmo rea.

Vino ſpargebantur theatra. Nimbū.

Scæna Theatrum

Intenſi Romani

Tibicines tibicen tybiarū. muſica

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tris foraminibus acuto tinitu & graui bombo concentum muſicum miſcuiſſe: Lydius æquatam: Ludius ſeu Hiſtrio exhætruria accerſitus. Ducunt enim a Lydiis originẽ hetruſci: Valerius Max. de Hiſtrione ita ſcribit: eaq; res ludiũ ex hetruria accerſendi cãm ꝓbuit: cuius decora pnicitas uetuſto ex more curetum lydorũq;: a quib⁹ hetruſci originẽ traxerũt. nouitate grata romanorũ oculos per mulſit. Et quia ludius apud eos hiſtrio appellabatur: ſcænico nomen hiſtrioni inditum eſt: lydia etiam muſica a lydia prouincia appellatur: cuius auctor fuit Amphion: ut Plinius docet: Ea erat querula: Apuleius: Seu tu uelles eolion ſimplex: Seu Aſium uarium Seu lydium querulum ſeu phrygium religioſum: Seu dorium bellicoſum. Ter pede pulſat humum. geſticulatõnem motu pedium edidit: In medio plauſu: in media populi plaudentis lætitia Rex populo prædæ: Romulus ſignum dedit rapiendi uirgines Sabinas: quod (ut docet Plutarchus) erat: quando aſſurgens ipſe: qui cum optimatibus purpura indutus ſedebat: purpuram in ſinuſ contraheret: ac rurſus contractam explicaret: Protinus exiliunt: quam primum diſcurrunt ad rapiendas uirgines. Vt fugiunt aquilas: Idem in met. Sic aquilam penna fugiunt trepidante columbæ. Sine lege ſine ordine. Nam timor unus erat: omnes pariter timebant: Raptæ autem ſabinæ fuerunt numero triginta: ut nonnulli dicunt: a quibus & curias nuncupatas uolunt: Valerius Antias. cccc.. xxyii. fuiſſe ſcribit: Iubas autem ſexcentas: auctor plutarchus. Facies non una timoris: quia aliæ aliam timoris faciem oſtendebant: Genialis præda: generandis liberis parata: Virgilius. Lucent genialibus altis. Aurea fulcra thoris Ali ter uero ab eodem dicitur innit t genialis hiems. hoc eſt uoluptuoſa. Atq; ita quid teneros: Liuius quoque docet romanos precibus quæ maxime ad muliebre ingenium efficaces ſunt Sabinas raptas conciliaſſe. Solemnia theatra: in quibus ſolemnes ludi exhibentur. Inſidioſa manent: ex eo tempore quo raptæ ſunt ſabinæ. ſemper in theatris paratæ ſunt puellis ab amantibus inſidiæ.

Ludius. ſeu Hiſtrio.

Romuli ſignum.

Sabinarum numerus.

Geniale

Lydius æquatam ter pede pulſat humum
In medio plauſu: plauſus tunc arte carebat.
Rex populo prædæ ſigna petenda dedit.
Protinus exiliunt: animum clamore fatentes.
Virginibus cupidas iniiciuntq; manus:
Vt fugiunt aquilas timidiſſima turba columbæ
Vtq; fugit uiſos agna nouella lupoſ:
Sic illę timuere uiros ſine lege ruentes:
Conſtitit in nulla: qui fuit ante color
Nam timor unus erat: facies non una timoris.
Pars laniat crines. pars ſine mente ſedet.
Altera mœſta ſedet: fruſtra uocat altera matrẽ
Hæc quæritur: ſtupet hæc: hæc fugit: illa mãet.
Ducuntur raptæ genialis præda puellæ,
Et potuit multas ipſe decere pudor.
Si qua repugnabat nimiũ: cõmitemq; negabat:
Sublatam cupido uir tulit ipſe ſinu.
Atq; ita: qd teneros lachrimis corrũpis ocelloſ?
Quod matri pater eſt: hoc tibi dixit: ero:
Romule militibus ſciſti dare commoda ſolus:
Hæc mihi ſi dederis commoda: miles ero.
Scilicet ex illo ſolemnia more theatra:
Nunc quoq; formoſis inſidioſa manent:
Nec te nobilium fugiat certamen equorum:
Multa capax populi commoda circus habet.

Nec te nobilium: ſunt qui hoc ad equiria tantum referendum putent: quæ fiebant quinto idus apriles in circo Maximo inter Palatinum & Auentinum: de quibus in faſtis meminit Ouidi. his uerſibus. Circuſerit põpa celeber numeroq; deorum Primaq; uentoſis palma petetur equis. Hinc cereris ludi non eſt opus indice cauſæ: Magis placet intelligas de ludis omnibus: qui fiebant in circo. Inter quos etiam Megaleſiaci: qui in honorem magnæ matris celebrabantur magna hominum frequentia: Megaleſia aũt (ut Varro docet) ſunt appellata a templo magnæ matris Megaleſio: unde ex libris Sibyllinis romã fuit aduecta: De Megaleſiacis ita ſcribit Iuuenalis: Interea Megaleſiacæ ſpectacula Mappæ Idæũ ſolẽne colit: ſimiliſq; triũpho Predo caballorũ prætor ſedet: ac mihi pace Immẽſæ nimiæq; licet ſi dicere plebis Totã hodie romã circus capit: & fragor aurẽ Percutit: euentũ uiridis quo colligo pãni: Nã ſi deficeret mœſtã attonitãq; uideres hãc urbẽ: Potes ẽt ad ludos circenſes referre: nã tacit⁹ ſcribit in ludis circenſibus pueros nobiles equis ludicrum troiæ inire ſolitos. Multa cõmoda: quia eo cõfluũt puellæ. Circus habet: circus dictus ẽ ꝙ circũ metas põpa ferebaẽ: & equi currebant: ut auctor eſt Varro: Tres aũt Circos romæ fuiſſe legim⁹: Maximũ: Flaminiũ uel Apullinarẽ: & Nerõis in uaticano: Cur aũt flaminius ita fuerit appellatus docet Plutarchus in ploblemat. Diſpõebaẽ aũt circus in formã ſpatii oblongi: & in ſũmitate circi carceres erãt: unde equi currib⁹ iũcti ad curſũ mouebanẽ: & quũ ad ſũmũ deueniſſent reuoluebanẽ: donec ad priorem metam deuenirent: In circuitu uero ſpecta

Megaleſia

Circus.



culum induxit: Strabo etiam refert phrahartem regem parthorum tantum circa cæſaris amicitiam ſtuduiſſe: ut ẽt illi: Trophea remitteret: quæ parthi de romanis erexerant: & uocato in colloquio Tito: q per id tempus ſyriæ præerat: quattuor ei filios legitimos obſides tradidit ſaroſpadem. Ceroſpadem. phraanem: & Boonem: & duas eorum uxores & filios quattuor ſeditionem metuens & ne ſibi inſidiæ ſtruerentur: Huius expeditionis meminit propertius ea elegia: quæ ita incipit: Arma deus Cæſar dites meditatur ad indos: Horatius. præſens diuus habebitur auguſtus Adiectis britannis imperio grauibuſq; perſis: Hic aũt intelligendum eſt de parthica expeditione: quam Tiberius auſpiciis Auguſti ſuſcepit: cuius meminit ſuetonius in Tiberio his uerbis: Deinde ad orientem exercitu ducto: regnum Armeniæ Tigrani reſtituit: ac pro tribunali Diadema impoſuit: Recepit & ſigna quæ .M. Craſſo ademerãt parthi. Nunc oriens ultime. Idem etiam propertius. Sera ſed auſoniis ueniet prouincia uirgis aſſueſcent latio partha Trophæa Ioui. Craſſi gaudete. M. Craſſum patrẽ & publiũ filiũ ſpectatæ uirtutis adoleſcentem deſignat: quos parthi trucidarunt. Nã. M. craſſus a parthis uictus prælio: in quo etiam filium amiſit: reliquias exercitus in collem recœpit. Euocatus deinde in colloquium ab hoſtibus: quorum dux erat ſurenas uelut de pace acturis a maxarthe occiditur: ſed ſurenam poſtea Orodes parthorũ rex eius gloriæ inuidens interemit: hiſtoriã habes apud plutarchũ & appianũ pthe dabiſ pœnas Parthi ſcythæ fuere ut docet iuſtinus: & lingua ſcythica exules interpretanẽ: qm̃ parthorũ regnũ ſcytharũ exules condidere. ſunt aũt populi perſis finitimi. ut docet ſtrabo: Terminanẽ ab occaſu parte medorũ: a ſeptentrione Hircania: ab oriente Aria: a meridie deſerta carmaniæ: auctor ptolomeus.

Addere: nũc oriens ultime noſter eris.
Parthe dabis pœnas: craſſi gaudete ſepulti:
Signaque barbaricas non bene paſſa manus.
Vltor adeſt: primiſq; ducem profitetur in anniſ
Bellaq; non puero tractat agenda puer.
Parcite natales timidi numerare deorum:
Cæſaribus uirtus contigit ante diem:
Ingenium cœleſte ſuis uelocius annis
Surgit & ignauæ fert mala damna moræ.
Paruus erat: mãibuſ ꝗue ſuis tirynthiuſ angues
Preſſit: & in cunis iam ioue dignus erat.
Nunc quoq; qui puer es. tantus tũ bacche fuiſti
Qũ timuit thyrſoſ india uicta tuos.
Auſpiciis animiſque patris puer arma moucbis.

Craſſi & publii mors

Signaq; barbaricas. ſigna a parthis bis ſunt adempta romanis: primo craſſo deuicto: Deinde etiam .M. Antonio. Vltor adeſt: Tiberium dicit. primiſq; ducem: Tiberius enim iuuenis admodum in orientem duxit exercitum. Bellaq; non puero: bellũ ſumit difficilimũ: quod conſumatiſſimum exigit imperatorem. parcite natales. puerilis ætatis ĩmaturam uirtutem diuinitati cæſarũ aſcribit. Timidi. pauidi & timentes: ne quid aduerſi accidat tiberio cõtra parthos eunti propter ætatem. Parcite numerare: ne numeretis. Natales deorum: dies quibus nati ſunt dii: Natales etiam pro conditione ſanguinis ac familiæ accipi inuenies apud actores. Cæſaribus: imperatoribus & eorum liberis. Et ignauæ fert mala damna moræ. aufert inquit ingenium cœleſte quicquid damni mora ãnorũ accidit Paruus erat. Exẽplo herculis probat in puero: ſed deo ẽẽ uirtutem: Alcmena poſt partũ Iunonem uerita puerũ in loco expoſuit: quem ab eo herculeũ campũ dixere: Quo tempore Minerua una cum Iunone profecta: quũ infantis naturã admiraretur: Iunoni ſuaſit: ut illi mãmam præberet: Qua præter ætatẽ uiolẽtius ſumpta: Iuno dolore mota puerũ abiecit Minerua illũ matri detulit nutriendum: Iuno deinceps duos dracones ad perdẽdum miſit puerum: quos ille utraq; manu faucibuſ apprehenſos ſtrãgulauit: unde illũ argiui quoniam iunonis opera gloriã ect deptus: quum antea Alcæus uocaretur Iracleum dixere: auctor Diodorus: plura legito apud plautũ: Vergilius: uti prima nouercæ Monſtra manu gemĩoſq; premens eliſerit angues. Tirynthiuſ hercules. a Tiryntha oppido haud lõge a Mycæniſ appellatus: ex quo pulſus Amphitrion eius pater putatiuus thebas conceſſit ut docet Diodorus. Seruius ẽt ſcribit Ideo herculẽ appellatũ tirynthiũ: qm̃ puer tirynthæ educatus ſit. Nũc quoq; qui puer es Bacchus Boetias thebas patriã habuit. ut plinius docet: Dionyſius appellatur a ioue & niſa antro. ubi a nymphis nutritus eſt: Bacchũ appellarunt a mulieribus: quæ bacchantes illũ ſequebantur. lenæum præterea. Bromiũ: pingeniũ. Triũphatorẽ aliiſq; cognominibus uocarunt: puer orbem peragrauit: Multas domuit nationes: in indiam cum exercitu tranſcendens triẽnio poſt multis cum ſpoliis in boetiam rediit. primus oĩum triũphauit uectus indico elephãto: emere ac uẽdere primus ĩſtituit. ut plinius docet: ĩ exercitu mulierum copiam circũduxit armatã haſtis thyrſo inuolutis: in his & muſæ uirgines erant. & ſilenuſ: pædagoguſ ac nutritor optimorũq; inſtitutor ſtudiorũ: Diadema regum inſigne primus inuenit: quamuis mitra pro diademate uteretur. unde mitriphoros dictus ẽ. ut ſcribit Diodorus. Auſpiciis anniſq; patris: Auſpiciis & annis Auguſti patris per adoptionem: quaſi dicat: Multum

parthi:

Natales

Hercules puer

Tirynthius

Bacchuſ Dioniſius

Pugnaẽ auſpiciiſ alienis



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

tibi p uero cōferēt auſpicia & āni auguſti: Tiberius dr̄ arma mouer̄ auſpiciis Auguſti: qm̄ ei cæſar bellū gerendū mādabat: qđ ſuis auſpiciis ſuſceperat: romæ enim cōſuetudo erat: ut nihil domi foriſq; gereretur: niſi captatis auſpiciis: captabātur autē auſpicia duobus modis. aut uolatu aut garritu auium quarum quædā oſcines: quædā præpetes dicebantur. Et uinces annis: quia anni Auguſti afferent tibi multum auctoritatis apud hoſtes: quidā legūt animis: Magis placet annis legas: quibus moderādū eē puerile Tiberii ingeniū uelit poeta: Tale rudimētum: tale initiū: ſub tanto nomine: Cæſaris Auguſti patris. Cum tibi ſint fratres Caium & Lucium intelligit: quos ex ſororibus nepoteſ Auguſtus adoptauit: Lucius (ut inquit florus) Maſſiliæ inglorius periit morbo ſolutus: Caius uero in lycia occidit: cum armeniam ad parthos ſe ſubtrahentem reciperet: his igitur intra trienniū defunctis adoptatur ab Auguſto ſimul cum fratre eorū. M. Agrippa: quos læſos dicit poeta propter Caium a parthis interēptum. Iura tuere patris. nam (ut Florus etiā ſcribit. Armenios uicto rege. Tigrāne ī hoc unū ſeruitutis genus aſſueuerat Pompeius: ut rectores a romanis acciperent. Intermiſſum ergo ius Auguſtus primo per Caium deinde per Tiberium recuperare uoluit. Genitor patriæq; tuuſq;: Auguſto Senatus po. q;. Ro. per Valerium Meſſalam patris patriæ cognomen detulerunt: cui lacrymās reſpondit Auguſtus his uerbis. Compos fact⁹ uotorum meorum. P. C. quid habeo aliud deos immortales precari: q̄ ut hunc conſenſum ueſtrū ad ultimū uitæ finē mihi pferre liceat: auctor ſuetonius. Hoſtis parthus. Rapit regna: Armeniam dicit. quæ ad parthos deſecerat. Ab inuito parēte: ab Auguſto id moleſte ferente: Piatela. quia cauſa tua eſt honeſta. Sceleratas ille ſagittas. quia parthorum cauſa iniqua eſt: Stabit pro ſignis. Romanæ militiæ conſuetudinem notat. Solebant enim in exercitu numen ali quod Imperatores præferre. ut. C. Cæſar uictricem uenerem Pompeius. Herculem inuictum in auxilium uocabat: & in hiberia pompeii filius inſigne pietatis: Cæſar uero inſigne ueneris anteponebat: quē morem etiam Virgilius tangit eo uerſu. Vadimus immiſti danais haud numine noſtro. Eoas opes. parthicas gentes. Dux meus. Tiberius. Marſq; pater. mars pater Romanæ urbis per Ruomlum Eſt deus e nobis alter. Cæſarem Auguſtum dicit: qui uiuus diuinos meruit honores. & mortuus (ut Suetonius ſcribit) in deorum numerum relatus eſt: Nec enim defuit uir prætorius: qui ſe effigiem cremati euntem in cœlum uidiſſe iuraret: Morem referendi romanos principes Inter diuos elegantiſſime docet Herodianus libro quarto. Et alter erit: Tiberium deſignat: Votiuaq; carmina: quæ diis uoui. ſi parthos uiceris. Conſiſtes. in concione ſtabis. Meis uerbis: meo carmine: Solent enim ſcriptores concionantem imperatorem introducere. Odeſint animis ne mea uerba tuis: utinam noſtra carmina reſpondeant: & paria ſint tuis animis ingentibus: nec deficiant mihi uerba quum ſcribam geſta tua & parthos ate debellatos. Terga parthorum. fugam parthorum. Romanaq; pectora romanas uires & uictoriam. Telaq; ab auerſo. Plutarchus ſcribit parthos in fuga etiam ſagittas emittere conſueuiſſe: idq; poſt ſcythas omnium optime facere noſce: unde fugientes non minori hoſtes afficiunt calamitate: q̄ ſtantes. Virgilius Fidentemq; fuga parthum uerſiſq; ſagittis: & parthorum prælia lucanus fugitiua appellat. Quid fugis? ut uincas? Apoſtrophe ad parthos eſt: quorum pugnandi morem deridet. Quattuor in niueis aureus: hic locus expoſcit: ut quæ fuerit Triumphi forma oſtēdam⁹: idq; Appiani auctoritate: qui Scipionis triumphum ita deſcribit: Sertis redimiti omnes præcinentibus tubis currus ſpoliis refertos deducebant. Ferebantur & ligneæ Turres captarum urbium

Auſpicium duplex.
Oſcines
Præpetes
Caiuſ & Lucius
Auguſtus Pater patriæ
numina in exercitu præferebātur:
Auguſtus ī deum.
Parthorum Fuga
Triumphi. Forma

Et uinces annis: auſpiciiſq; patris.
Tale rudimentum tanto ſub nomine debes
Nunc iuuenū princeps: deinde future ſenum.
Cum tibi ſint fratres: frates ulciſcere læſos.
Cumq; pater tibi ſit: iura tuere patris.
Præbuit arma tibi genitor patriæq; tuuſque:
Hoſtis: ab inuito regna parente rapit.
Tu pia tela feres: ſceleratas ille ſagittas:
Stabit pro ſignis iuſque piumque tuis:
Vincuntur parthi cauſa: uincantur & armis.
Eoas latio dux meus addat opes.
Marſque pater: cæſarq; pater date numen eūti:
Eſt deus e nobis alter: & alter erit.
Auguror: en uinces uotiuaque carmina reddā:
Et magno nobis ore ſonandus eris.
Conſiſtes. aciemque meis hortabere uerbis.
O deſint animis ne mea uerba tuis.
Tergaque parthorū: romanaq; pectora dicam:
Telaque: ab auerſo quæ iacit hoſtis equo:
Quid fugis: ut uincas: quid uictos pthe reliqs
Parthe malum iam nunc mars tuus omen hēt
Ergo erit illa dies. qua tu pulcherrime rerum
Quattuor in niueis aureus ibis equis.



ſimulacra præferentes. Scripturæ deinde & imagines earum quas geſſiſſent: aurum deinceps & argentum partim rudibus Maſſis: partim notis. aut huiuſmodi impreſſum figuris: Coronæ præterea quas uirtutis gratia urbes aut ſocii aut exercitus urbi. parentes militibus dediſſent: Candidi ſubinde boues & Elephanti illos ſequebantur. poſt hos carthaginenſiū ac Numidarum principes bello capti. Imperatorem lictores præibant purpureis amicti ueſtibus: Tum citharedorū ac Tibiarum turba ad hetruſcæ ſimilitudinem pompæ: Hi ſuccincti coroniſque aureis redimiti ſuo quiſq; ordine canentes pſallenteſq; pdibant: Hos lydos appellant: ut facile crediderim hetruſcos a lydiis ſumpſiſſe originem: Horū ī medio quiſpiam talari ueſte fimbriis & armillis auro ſplendentibus amictus geſtus uarios edebat: hoſtibuſq; deuictis inſultās riſus undiq; ciebat: poſt thuris & odorum copia imperatorē circūſteterat: quem curru deaurato multifariamq; notis refulgenti cādidi uehebāt equi: auream capite geſtantem coronā lapillis ornatā gemmiſq;: Hic ueſtem ſuccīctus purpureā patrio more aureis intextā ſyderibus: altera manu eburneū ſcœptrū: Altera laurū præferebat: quam romani uictoriæ inſigne pfitentur. Vehebantur & cū eo pueri uirgineſque: & habenas hinc inde cognati iuuenes: Demū qui exercitū ſecuti fuerant ſcriptores: miniſtri: ſcutiferi ue. Poſtremo exercitus ī turmas acieſque diuiſus currū ſequebatur: Milites quoque lauro redimiti: laurum manu ferentes: quibus meritorum inſignia adiuncta aderant quæ primores hos quidem laudibus ferent: hos ſalibus inſectarentur: nonnullos infamia notarent: Simplex deniq; Triumphi forma & quam unuſquiſque ſermone facile explicare queat: Quum in capitolium uentum eſſet: Scipio depoſito apparatu Epulum amicis (ut mos erat) in templo præbuit. Ne poſſint tuti: Cauſam aſſignat: cur catena uincti ſint captiui. Diffundetq; animos: exhilarabit mentes. Quæ loca: nam homines & loca imaginibus ſcriptiſque in triumphum deferebantur: ut docet. Appianus in triumphis. Caii Cæſaris. Propertius. Inq; ſinu charænixus ſpectare puellæ. Incipiam: & titulis oppida capta: legam: idem ēt docet Ouidius Triſtium libro quarto. Nec tantum ſi qua rogabit. non modo q̄cunq; illa petierit dices: ſed alia plura. Hic eſt Euphrates: qui ſerta arundina capite geſtabit: illum Euphratē eſſe dicito. Eſt aūt Euphrates fluuius: qui oritur (ut plini⁹ tradit) ī præfectura maioris Armeniæ cranitide in monte aga: uel ut Mutianus uoluit ſub radicibus montis: quē capotē appellant: cuius etiam Lucanus meminit libro tertio: Solinus. Cui coma dependet cærula: qui capillos habet cæruleos. Tigris erit. Tigris fluuius ē: qui ex Armeniis fluit: auctore Herodoto: a celeritate dictus ut plinius tradit: medi eñi Tigrim ſagittam appellant: De tigri plura legito apud plinium: & ſolinum. Hos fac armenios: finge illos eſſe armenios. quos deuicit Auguſtus per tiberium: ut. docet ſuetonius Hæc eſt danaeia perſis: perſis (ut ſtrabo ſcribit) regio eſt orientalis poſt carmaniam a perſe (ut antea docuimus) cognominata: ſane perſæ ex omnibus barbaris clariſſimi fuere. q; nulli græcis imperitarunt: qui aſiam tenuere præter eos: cœlum Iouem putāt: colunt ſolē quē mithram uocāt. Lunā. Venerē. ignē. tellurē. uentos. & aquā. in flumē nō micturiunt: horū pueri ante quartum ānum ante patris cōſpectum nō ueniunt. Ducunt uxores q̄plures. & multas pelices alunt ppagādæ ſobolis cauſa: Regi q nō paruerit capite & brachio amputato proiicitur. Auctor ſtrabo. In achemeniis uallibuſ: hoc eſt perſicis: Ham tres erant perſarum tribus. patiſcores. Achemenidæ. & magi: propertius. Non tot achemeniis armantur ſuſa ſagittis ſpicula. Et erunt quæ nomina dicas: figes nomine aliquo illum appellari. Dant etiā poſitis. inter epulas quoq; poteris tibi amicā cōciliare. Adducta cornua: uinolentiam & laſciuiā ad ſe inclinatā: pœtæ enim Bacchū cū cornibus deſcribunt. qm̄ liber pater proteruitatem & contumaciam addere ſolet: quæ p cornua deſignat̄: & ebrii dicunt̄ cornua ſumere. Horatius: Addis cornua pauperi: Diodorus cornua aſcribit baccho: quoniam is primus dicitur boues cornutos ad iugum iunxiſſe. Purpureus amor. formoſus cupido qui inter epulas uerſatur.

Lydi
Euphrates
Tigris
Perſis
Cornua Bacchi

Ibunt ante duces onerati colla catenis:
Ne poſſint tuti: qua prius: eſſe fuga.
Spectabunt iuuenes læti: miſtæ que puellæ:
Diffundetque animos omnibus illa dies.
Atq; aliqua ex illis: dum regum nomina quæret
Quæ loca: qui monteſ: quæue ferantur aquæ
Omnia reſponde: nec tantum ſi qua rogabit:
Et quæ neſcieris: ut bene nota refer.
Hic eſt euphrates præcinctus arūdine frontem
Cui coma dependet cærula: tigris erit.
Hos fac armenios: hæc eſt danaeia perſis:
Vrbs in achæmeniis uallibuſ iſta fuit.
Ille: uel ille duces: & erunt quæ nomina dicas:
Si poteris uere: ſi minus: apta tamen.
Dant etiam poſitis aditum conuiuia menſis:
Eſt aliquid præter uina: quod inde petas.
Sæpe illic poſitus teneris adducta lacertis
Purpureus bacchi cornua preſſit amor.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Preſſit:demulſit. Bibulas alas:uinum bibentes:udas:ex quo oſtendit duo numina inter epulas uerſari bacchum ſcilicet & cupidinem:eſſeq; utrunq; ueneris conciliatorem. Pectus:mentem amantis. Cura fugit. Idem etiã Horatius:Diſſipat Euchius curas edaces. Tũc pauper cornua ſumit.fit proteruus. Tunc aperit mentes.tunc hominum mentes oſtendit:& prodit ſecreta. Horatius. Non ego te. Candide baſſareu Inuitum quatiam:nec uariis obſita frondibus ſub dio rapiã. Aeuo rariſſima noſtro Simplicitas. Simplicitas illa.quæ noſtra tempeſtate in nullo extat.niſi poſt uinum. Artes. fraudes & calliditatem. Excutiente deo:eiiciẽte baccho. Illic ſæpe animos.in conuiuiis ſæpe numero iuuenes capti ſunt amore. Ignis in igne: amoris calor additur calori uini: eſt enim amor ignis occultus. Virgilius. Vulnus alit uenis & cæco carpitur igni uino aũt exhauſto natura ẽ accẽdi calore uiſcera intus:foris infuſo refrigerandi ut docet Plinius. Hic tu fallaci:docet non eligẽdã eſſe amicã nocte. Luce deas: Quũ ĩpelio mõte tethydis nuptiæ celebrarentꝰ a diis oĩbus:Indignata diſcordia:ꝙ & ipſi nõ licuiſſet adeſſe:pomũ ĩ quo ſcriptũ erat pulchiori detur:iniecit.ſed quum Iuno. Minerua & Venus iter ſe certarent de pulchritudine:placuit ioui ut de ea re paris in ida monte phrygiæ ſententiam ferret:qui a uenere corruptus:ſecũdũ eã ſententiã dedit:quũ prius unamquãq; nudã uidiſſet ut docet Apuleius in met. Ouidius in epiſtolis. Qua uenus & Iuno ſumptiſq; decentior armis Venit in arbitriũ nuda Minerua tuũ:& Propertius. Credite etiam diuæ: quas paſtor uiderat olim. Idæis tunicam ponere uerticibus. De tincta murice lana. Murex genus conchæ eſt a Purpura haud diſſimilis: ſed ꝑ purpura accipitur a poetis:quæ florẽ illũ tingendis ueſtibus in mediis(ut docet Plinius)faucibus habẽt. Virgilius. Ipſe ſed in pratis aries iã ſuaue rubenti Murice. Quid tibi fœmineos. Docet amantes quoq; poſſe in ſiluis puellas conciliare:præſertim ſi uenatione delectantur:quẽ morem impudicum taxat Iuuenalis eo uerſu. Mæuia tuſcũ. Figat aprũ & nuda teneat uenabula mamma. Quid referã baias? Baiæ(ut Strabo ſcribit)a boia Vlyſſis ſocio nomen traxere: fuere aũt oppidum campaniæ amœniſſimum.in cuius regione. C. Marius. Cn. Pompeius:& Cæſar uillas extruxerunt:ad quem locum ſub æſtiuum tempus ſalubritatis cauſa nauigabant Matronæ cimbis uariis coloribus pictis:ubi nocturna canentium conuicia & Symphoniæ audiebantur:ut tradit in epiſtolis Seneca:qui baias diuerſorium uitiorum haberi cœptum eſſe ſcribit:& Propertius. Tu modo quam primum corruptas deſere baias Multis iſta dabunt littora diſſidium Littora quæ fuerant caſtis inimica puellis. Ah pereant baiæ crimen amoris aquæ. Martialis etiam ſcribit. Matronam caſtiſſimam factam eſſe impudicam:Dum aquis baianis fouetur. Prætextaq; littora uelis:uelis opta & uelata:littus.n.baiarũ undiq; uelis operiebatur. Et quæ de calido. Baiæ(ut Strabo docet)habebãt aquas calidas & ad uoluptatem & ad ſanandos morbos accõmodatiſſimas:Scribit etiã Plinius aquas nuſquam largius eſſe:q̃ in baiano ſinu.nec pluribuſ auxiliãdi generibus. Aliæ ſulphuris. Aliæ aluminis. Aliæ Salis.aliæ nitri aliæ bituminis.nounulla etiam acida ſalſaue miſtura:uapore quoq; aliquæ proſunt: Tantaq; eſt uis: ut balneas calefaciant ac frigidam etiam in ſolis feruore cogant:quæ in balneis Poſſideanæ uocantur nomine accepto a. Claudii Cæſaris liberto:obſonia quoque percoquunt. Vulnus referens:baiis enim a cupidine uulneratus diſcedit. Ecce ſuburbanæ: Lucum deſcribit:ubi erat Dianæ templum:de quo in faſtis ita ſcribit

Vini natura.

Paridis iudiciũ.

murex

Baiæ

Baianæ Aquæ

poſſideanæ.

Dianæ Lucus

Vinaque cum bibulas ſparſere cupidinis alas
Permanet:& capto ſtat grauis ille loco.
Ille quidem pẽnas uelociter excutit udas.
Sed tamen aſpergi pectus amore nocet.
Vina parant animos:faciuntq; caloribus aptos.
Cura fugit multo diluiturque mero.
Tunc ueniunt riſus:tunc pauper cornua ſumit
Tunc dolor & curæ:rugaque frontis abit.
Tunc aperit mentes æuo rariſſima noſtro
Simplicitas:artes excutiente deo.
Illic ſæpe animos iuuenum rapuere puellæ:
Et uenus in uenis:ignis in igne fuit.
Hic tu fallaci nimiũ ne crede lucernæ.
Iudicio formæ noxque:merumque nocet.
Luce deos:cœloq; paris ſpectauit aperto
Quum dixit ueneri:uincis utraq; uenus.
Nocte latent mẽdæ:uitioque ignoſcitur omni:
Horaq; formoſam quamlibet iſta facit.
Conſule de gemmis:de tincta murice lana:
Conſule de facie:corporibuſque diem.
Quid tibi fœmineos cœtus uenatibus aptos
Enumerem? numero cædet harena meo.
Quid referam baias? prætextaq; littora uelis?
Et quæ de calido ſulphure fumat:aquam?
Hic aliquis uulnus referens in pectore dixit:
Non hæc(ut fama eſt) unda ſalubris erat.
Ecce ſuburbanæ templum nemorale dianæ:



Ouidius: Vallis aricinæ ſilua præcinctus opaca. Eſt locus antiqua religione ſacer.& Lucanus. Parua myceneæ q̃tũ ſacrata dianæ. Diſtat ab excelſa nemoralis aricia roma:De eo quoq; ita ſcribit Strabo Eſt & dianæ lucus.ideſt artemiſium(ſic enim uocant)e ſiniſtra uiæ regione ex aricia ad aricinam uiã conſcendentibus:quod templum nominant.ædificium Tauricæ.ad quod templum ex urbe fœminæ coronatæ aſſecutæ quod uotis optauerant. Idibus Auguſti facibus accenſis ueniebant: Ouidius in faſtis. Sæpe potens uoti frõtem redimita coronis Fœmina lucentes portat ab urbe faces.& propertius: Quum uidet accenſis deuotam currere tedis In nemus & triuiæ Lumina ferre deæ. Partaq; per gladios. Barbaricus quidam & ſcytharũ mos erat(ut ſtrabo meminit) circa templũ Dianæ:ut qui prius uictimã mactaſſet:ſacerdos inſtitueretur:qui uiribus corporis & pedum celeritate potens gladium tenens & inſultus ſemper circunſpectans.de honore certabat.& ad ſe tutãdum ſtrenue contra pugnãtem aduerſum ſe paratus erat:ſinguliſq; annis ei qui tenuerat ſacerdotium certandum erat:cum illi uictor ſuccedebat:appellabatur autem ſacerdos rex Nemoralis ab artemiſio nemore:& Diana nemorenſis uel Nemoralis. Papinius. Iamq; dies aderat profugis quum regibus aptum Fumat aricinũ Triuiæ nemus & face multa conſcius hippoliti ſplendet lacus. Ouidius ĩ faſtis. Regna tenent fortes manibus pedibuſq; fugaces Et perit exemplo poſt modo quiſq; ſuo. Suburbanæ Dianæ: Templum enim non longe diſtat ab aricia. Nocente manu. quia pugnabatur. Illa ꝙ eſt uirgo. Diana enim a poetis uirginitatis dea appellatur. Multa uulnera.quia illic multi amore capiuntur. Hactenus unde legas. Docuit ubinam quærenda eſſet amica:nũc quemadmodũ concilianda ſit præcipit. Vnde legas:unde eligas. Imparibus modis.inæquali modulatione:nã elegiacus uerſus ĩpar appellatur a poetis:propterea:ꝙ alter uerſus ex ſex dimenſionibus:alter uero ex quinq; conſtat:unde hexametri & pentametri nomina indita ſunt. Molior:accingor. Pria fiducia.pria ſpes. Tende plagas tẽde retia. Vere prius.uere.n. aues cõcẽtibus aera mulcẽt. Menalius canis:canis arcadicus:uel uenaticus:qui in menalo mõte feras ĩſeqt̃. Furtiua uenus.furtim rapta:Male diſſimulat:neſcit amorem celare:Ille cupit cautius.cautior eſt in tegendo amore. Conueniat maribus.ſi ſint mares concordes. Aget ptes rogãtis.petet coitũ ab hõine:Agimus.n.ptes rogãtis:quum munera alicuius aliqd petẽtis obimꝰ. Mollibus ĩ pratis. Brutorũ aĩaliũ exẽplo ꝑbat fœminã id facturam eẽ qđ dixit:ſi fas ẽet. Cornipedi equo:ſic & Virgilius Et cornipedum curſũ ſimularat equorum. Adhinnit:hinnire ꝓprie de equis dicimus:unde hĩnitus. Virgilius. Et alto pelion hĩnitu fugiẽs ĩpleuit acuto:Legitimũ finẽ:certũ modũ. Flãma uirilis:amor hominũ. Byblida qd referã? Exẽplis agit amori ẽe magis obnoxias fœmĩas:q̃ uiros:Byblis ex filia Mæãdri nata Caunũ fratrẽ turpiter amauit:q ſororis ſceleſto amore cognito ex patria ꝓfugit:Illa dũ eũ quæritat in cariã peruenit:ubi lõgo itinere & polluto amore fatigata periit:Sed legeidũ miſeratõe ĩ fontẽ ſui nominis mutata ẽ:Fabulã Plenius narrat Ouidius in met. Arſit.capta eſt amore. Et eſt laqueo:hic laqueo eã dicit uitam fuiſſe:in met.uero aliter eius exitum deſcribit:Myrrha patrem:nota eſt Fabula:quemadmodum Myrrha concubuit cum Cinyra patre cypriora rege:quem diu uixiſſe ſcribit Plinius:id autem fuit.dum mater cereris ſacris opatur:quod quũ pater cognouiſſet:ſtricto gladio eã ĩ ſecutus ẽ:illa noctis beneficio in terrẽ Sabæã euaſit:ubi ĩ arborem ſui nominis mutata eſt:ut in met.narrat Ouidius.

Artemiſium.

Rex nemoralis

Diana nemoralis

Biblidis Fabula

Partaque per gladios regna nocente manu
Illa quod eſt uirgo:quod tela cupidinis odit.
Multa dedit populo uulnera:multa dabit.
Hactẽus unde legas:quod ames:ubi retia põas
Præcipit imparibus uecta thalia modis.
Nunc tibi quæ placuit:quas ſit capiẽda ꝑ artes
Dicere præcipue molior artis opus.
Quiſquis ubique uiri faciles aduertite mentes
Pollicitiſque fauens uulgus adeſto meis.
Prima tuæ menti ueniat fiducia:cunctaſ
Poſſe capi:capies:tu modo tẽde plagas.
Vere prius uolucres taceãt:æſtate cicadæ:
Menalius lepori det ſua terga canis.
Fœmina quã iuueni blãde tentata repugnet:
Hæc quoq;:quã poteris credere nolle:uolet.
Vtque uiro furtiua uenus:ſic grata puellæ:
Vir male diſſimulat:tectius illa cupit.
Conueniat maribus:ne quã nos ante rogemus
Fœmina iã partes uicta rogantis aget.
Mollibus in pratis admugit fœmina tauro.
Fœmina cornipedi ſemper adhinnit equo.
Fortior in nobis:nec tã furioſa libido eſt.
Legitimum finem flãma uirilis habet.
Byblida quid referã? uetito quæ fratris amore.
Arſit:& eſt laqueo fortiter ulta nephas.
Myrrha patrem:ſed non:ut filia debet:amauit.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Et nunc obducto cortice preſſa latet.
Illius lachrymis: quaſ arbor fūdit odora
Vngimur & dominæ nomina gutta tenet.
Forte ſub umbroſis nemoroſæ uallibus idæ:
Cādidus armenti gloria tauruſ erat:
Signatus tenui media inter cornua nigro:
Vna fuit labes: cætera lactis erant.
Illum gnoſiadeſq; Cydoniadeſque iuuēcæ
Optarunt tergo ſuſtinuiſſe ſuo.
Paſiphae fieri gaudebat adultera tauri
Inuida formoſas oderat illa boues.
Nota cano: non hoc: quæ cētum ſuſtinet urbes:
Q uāuis ſit mendax: creta negare poteſt.
Ipſa nouas frondeſ: & prata tenerrima Tauro
Fertur inaſſueta ſubſecuiſſe manu.
It comes armentis: nec ituram cura moratur
Coniugis: & minos a boue uictus erat.
Q uid tibi paſiphae pretioſas ſumere ueſtes:
Ille tuus nullaſ ſentit adulter opes.
Q uid tibi cum ſpeculo mōtana armenta petēti
Q uid totiēs poſitas fingis inepta comas?
Crede tamen ſpeculo quod te negat eſſe iuuēcā
Q uam cuperes fronti cornua nata tuæ
Siue placet minos: nullus quæratur adulter:
Siue uirum mauis fallere: falle uiro.
In nemus & ſaltus thalamo regina relicto
Fertur: ut aonio concita baccha deo.
Ah quotiēs uultu uaccā ſpectauit iniquo:
Et dixit: domino cur placet iſta meo?

Sed non ut debuit. quia nephando patris amore capta erat. Obducto cortice. circunducto cortice nam in arborem myrrham mutata eſt. Illius lachrymis: Myrrhæ guttis ex arbore ſtillantibus: hæc enim melior habebatur: & ſtacte ideſt gutta dicebatur. Columella. Et melior ſtactis ponatur achaica myrrha. Vngimur. Antea enim myrrha uel aliis odoribus ungebantur: Sappho non arabo noſter rore capillus olet. & Horatius. Dic & argutæ properet Neeræ myrrheum nodo cohibere crinem. & alibi. Sæpe diem mero fregi coronatus nitentes malubrato ſyrio capillos. Vallibus Idæ: Ida mons fuit nō mō troicus. ſed & cretenſis. ut Strabo ſcribit: cuius uerba hæc ſūt: mōs ideus ſurgit cretenſiū cunctorū celſiſſimus: quaq; uerſum circuitū habēs ſtad. ſexcentorum præſtātiſſimis ille ſane oppidis iſtar coronæ incolitur. Tradit ēt Plinius cretā montes habuiſſe: Cadiſcū. Idæum. Dictinæū. Crocū. Virgilius. mons idæus ubi & gentis cunabula noſtræ Ouidi⁹ in faſtis & creta nobilis ida. Candidus taurus: Taurum deſcribit: cuius amore capta fuit Paſiphae Tradunt Fabulæ paſiphaen minois uxorem quum Taurū adamaret: ſignum boui ſimile a Dædalo factum. eoq; mō Tauro ſuppoſitā deſiderio potitā eſſe. Ante hoc tēpus minoem quot annis ferunt ſpecioſiſſimū omniū Taurū neptuno ſolitū de more ſacrificare: quū ei taurus eſſet cæteris ꝓſtantior: aliū ſacrificauit deteriorē. Q ua ex re iratus minoi neptunus: eius Tauri amorē paſiphaæ iiecit: cui arte dædali ſuppoſita decātatū fabulis genuit minotaurū natura duplici: ut qui uſq; ad humeros taurus: cætera homo eſſet auctor Diodorus. Tenui nigro macula nigra ſed parua. una fuit labes: hanc ſolū habuit maculā nigrā Gnoſiadeſq;: cretenſes. a gnoſo cretæ urbe: quā condidit minos in ea inſulæ parte quæ aſiā reſpectat. ut docet Diodorus Cydoniadeſq;: a cydone eiuſdem cretæ oppido condito ab eodē minoe in his locis qui peloponneſo oppoſiti ad occidentem uergunt auctore Diodoro: herodotus ſcribit ſcydoniā i creta cōdidiſſe ſamios: male āt in pleriſq; exēplaribus ſidoniades legitur. Centū q̄ ſuſtinet urbes: creta. n. a creta nimpha heſperidis filia cognominata cētū fuit urbium clara fama. ut Pli. docet: Et ſtrabo ſcribit eā hecatōpolī. appellatā eē. Terminatur āt ab occaſu mari adriatico: A ſeptentrione pelago cretenſi. a meridie punico. ab oriente Carpathio auctore Ptolemeo. Q uamuis ſit mendax: Cretenſes. n. mendaces appellant: quam rē docet Diuus Hiero. ad magnū oratorē ita ſcribens. Sed & Paulus Apoſtolus epimenidis poetæ abuſus uerſiculo eſt ſcribens ad Titū κρητεσ αεὶ ψευσ ται κακαὰ θηρία γασ τερεσ αργοὶ cretēſes ſēp mēdaces: malæ beſtiæ: uētres pigri. Cuius heroici hemiſtichiū poſtea callimach⁹ uſurpauit. Nouas frōdes: uel recētes: uel paulo ante natas. Et prata tenerrima: cōtinēs ꝓ cōtēto. prata. n. ꝓ herbiſ poſuit: ut ſolēt poetæ. Subſecuiſſe. ut tauro pabulū afferret: Iturā: paſiphaē taurū ſecuturā. Cura coniungis: amor erga maritū. Mīoa: uel q̄a parū curabat q̄d d̄ ea re ſētiret Mīos. A boue uict⁹ erat: q̄a illa pluris faciebat taurū: q̄ maritū: Q uid tibi Paſiphae. Apoſtrophe ē ad paſiphaē. ubi notādū. ꝙ paſiphae ſine diphtōgo i fine: ut ſi q̄driſyllabum nomē ꝓferē. quēadmodū Danae: & phaeton. Virū fallere: maritū minoa decipe. Falle uiro: ames hominē ñ taurū. Cōcita baccha ſacerdos bacchi furor nūinis īpulſa. Aonio deo. baccho: q̄ ī boetia colit̄ ubi erāt thebæ natale ſolū liberi pr̄is: & herculis: & citheron fabulis carmibuſq; celebratiſſimus: ut Pli

Mirrhæ
Guttæ
Stacte
Ida
paſipha
faces.
Fabula.
Gnoſos
Cidon
creta
cretēſes
mēdaceſ
paſi
phae
Danae
phaeton



Aſpice ut ante ipſum teneris exultat in herbis.
Nec dubito quin ſe ſtulta decere putet.
Dixit & ingenti iam dudum de grege duci
Iuſſit: & immeritam ſub iuga curua trahi:
Aut eadem ante aras: commentaq; ſacra coegit
Et tenuit læta pellicis exta manu.
Pellicibus quotiēs placauit numina cæſis:
Atq; ait exta tenens: ite placete meo
Et modo ſe fieri europam: modo poſtulatio:
Altera quod bos eſt: altera uecta boue.
Hāc tamen impleuit uacca deceptus acerna
Dux gregis: & partu proditus auctor erat
Creſſa thyeſteo ſi ſe abſtinuiſſet amore:
(Ah quantū eſt uni poſſe placere uiro)
Non medium rapuiſſet iter: curruq; retorto.
Auroram uerſis phœbus adiſſet equis.
Filia purpureos niſo furata capillos.
Puppe cadens celſa facta refertur auis:
Altera ſcylla maris monſtrū medicamine circes
Pube premit rabidos: inguinibuſq; canes.
Q ui martem terra: neptunū effugit in undis
Coniugis atrides uictima dira fuit.
Cui non defleta eſt ephyrææ flamma creuſæ:

docet. Vaccā: q̄ amabat taur⁹. Meo dn̄o. tauro. duci de grege: de grege abſtrahi: ſub iuga curua: ut aratro ſuppōeret̄: aut plauſtrū traheret. Cōmētaq; ſacra: finxit uelle ſe eā diis ſacrificare. Exta pellicis: exta uaccæ: q̄ ſacrificauit. Pellicibus cæſis. occiſis uaccis. Ite placete meo ſtomachoſe dicit. placete nunc tauro. Fieri europē q̄ amata fuit a Ioue ī taurū mutato: a quo ēt in cretā delata ē: ut docuit Ouid. ex q̄ natū Mīoa & rhadamātū ſcribit Diodorus. Mō poſtulat io. optabat poſſe ī uaccā mutari: ut Io a Ioue mutata ē. nota eſt Fabula. Altera ꝙ bos eſt. io facta eſt uacca. Impleuit. grauidā fecit paſiphaē. Deceptus: deluſus. Vacca acerna: uacca lignea quā fecerat dædalus. Dux gregis: taurus. Auctor: taurus. Erat ꝓditus partu. q̄a mīotaurū pepit. Creſſa thyeſteo. Europē cretēſem Atrei uxorē cū thyeſte concubuiſſe ſcribit. Seneca: q̄d ægre ferēs Atreus liberos ei epulādos appoſuit: q̄ ſol ne pollueret̄ effugit: q̄d iō fingit̄: q̄m Atreus apud. Mycenæos primus eclypſim ſolis inuenit cui Inuidēs frater ex urbe diſceſſit tp̄e quo eius ꝓbata ſunt dicta. ut Serui⁹ docet: Ouidius ī ſecūdo triſtiū. Si nō Europem fratre ſceleratus amaſſet. Auerſos ſolis nō legeremus equos. Amore thyeſteo: nephando thyeſtis cōcubitu. Ab q̄tū eſt: hoc per parentheſim dictū ē. Non medium rapuiſſet iter: i. ō in medio itinere ſol curſum auertiſſet. ne ſcelus conſpiceret. Curruq; retorto: curru reflexo. & ad oriētem. unde diſceſſerat redeunti. Filia purpureos. Scylla. Niſi Megarenſium regis filia capta amore Minois: q̄ eius patriā obſidebat: purpureā comā patris. ī qua fata urbis cōſtabāt illi attulit: ſed a Minoe ſpreta: ī auē cyrī a neptuno mutata ē: ut ī met. narrauit Ouidius. & nos diximus ī primo de remedio amoris. Puppe celſa. cui hæſerat. dum minos diſcederet. Altera ſcylla. Hæc phorci filia fuit ex cretaria nympha. cuius fontem in quo puella lauari conſueuerat. circe ueneficiis ī fecit: ꝙ ea amaretur a Glauco: a quo ipſa ſpreta fuerat. Q uum igitur ſcylla in fontem deſcendiſſet & inguina latratibus canum detineri conſpexiſſet ex territa in mare ſeſe præcipitauit. Virgilius. Q uid loquar aut ſcyllam niſi: quam fama ſecuta eſt Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris. Q ui martē terra. Agamēnō poſt excidiū troianæ urbis ꝑ ānū errauit. ut Homer⁹ ſcribit: Deīde in patriā uenit. Sed ſceleratæ cōiugis clytēneſtræ dolis ab ægiſtho adultero īcaut⁹ ī cōuiuio obtrūcat̄. Virgilius. Ipſe Mycenæus magnorū ductor achiuū Coniugis īfandæ prima ītra limina dextra Oppetit: deuicta aſia ſubſedit adulter: Seneca uero ſcribit in agamēnone Clytæmneſtrā graui dolore agitatā: ꝙ ille Caſſandrā ſecū traheret: & ea die qua ī patriā ītrauit domū parato cōuiuio: & ipſe agamēnon dū picta ueſte ſublimis iaceret priami ſupbas corpore exuuias gerēs: ei detrahere cultus hoſtiles uxor iubet. & īduere potius cōiugis fide manu textos amictus: uerū iduta ueſtis exitū manibus negat: caputq; laxi & inuii claudunt ſinus: & tūc haurit trementi ſemiuir dextra lat⁹ agamēnonis: eūq; īterfecit ueſte ī uia īuolutū: idē quoq; narrat Euripides in oreſte. Martē terra: ex ꝑlio. n. troiano īcolumis euaſit. Neptunū effugit. euaſit maris ꝓcellas. Cui nō defleta ē: Iaſon (ut lactātius tradit) rapto aureo uellere: id creonti corīthiorū regi detulit. cuius filiā creuſā (ut ſcribit Seneca) uel Glaucē (ut maluit Diodor⁹) uxorē duxit repudiata Medea. q̄ irata regiā cū cōiuge creuſa icēdit: laniauitq; filios duos quos ex Iaſone ſuſcepat: eā poſtea æge⁹ uxorē duxit: ex q̄ Medū filiū ſuſcepit: Deīde cū eo theſeū uerita ī Aſiā pucīt: ut Iuſtin⁹ docet: atq; ibi urbē cōdidit de ſuo noīe appellatā: aq̄ totā regionē Mediā denoīauit: de Iaſone plura legito apd̄ Diodorū ī. y. Flāma q̄ Medea creuſā aſſūpſit: ſcribit. n. plinius Naphthā magnā hēre cognationē igniū trāſilireq; ꝓtin⁹ ī eā undecūq; uiſā: & ita a medea pellicē crematā: nā dū ſacrificat̄ ad aras acceſſit: coronaq; igne rapta ē: De naphtha plura ſcri. Stra. Creuſæ ephyreæ: creuſæ corīthiacæ: corīthus. n. urbs Achaiæ pri⁹ dicebat̄ ephyra: ut

Europe
Agenoris
Europe.
Cretēſis
Scylla
Niſi
Scylla
phorci.
Agamē
nouis.
mors
Iaſō cre
uſam du
xit uxo
rem
Naph
tha
Ephyra
Corin
thus.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

docet Plinius. Parens. Medea mater. Nece natorũ. duos enim filios ex Iaſone interemit: dicente Ouidio. Sed poſtq̃ colchis arſit noua nupta uenenis Flagrãteq; domũ regis male uidit utroq; Sanguĩne natorũ ꝑfundit ĩpius enſis Vltaq; ſe mater male Iaſonis effugit arma: Fleuit amynthorides: phœnix filius fuit amynthoris filii cercaphi: quem phocidem: Alii Ormenium genuiſſe uolunt: hic cum amica patris rem habebat: Sed poſt multas eius imprecationes helade diſceſſit. dicente ipſo apud Homerum libro nono: Pater uero ubi cum puella me ſua cõcubuiſſe reſciuit (reſciuit autẽ protinus) etiam atq; etiam execratus eſt inuocatiſq; Erinnybus eſt imprecatus filio filiorũ orbitatẽ: Is igitẽ ad peleũ fugit: quẽ filio achilli comitẽ præceptorẽq; dedit hũc Homerus non ſcribit cæcũ fuiſſe: Nonnulli tam̃ Lycophronis ĩterpretis teſtimonio dicũt eũ in patriã reuerſum oculis caruiſſe. Hippolytũ rapidi: Phædræ ẽt exẽplo maiorẽ eẽ ĩ fœminis: q̃ in uiris amorẽ oſtendit: nota eſt Fabula Ouidii carmine: quã ẽt. Naſo in ſeptimo deſcribit. Quid fodis ĩmeritas: Phineus rex fuit arcadiæ: qui repudiata cleopatra uxore: filiis harpalicẽ ſcythicam ſuperinduxit: cuius inſtinctu filios occæcauit: ſed in huius rei uindictã mox illũ dii oculis priuarũt. & harpyias aues imiſerunt: quæ dapes dirripiebãt: atq; uẽtris ꝓfluuio fœdabãt: ut Seruius docet: Diodorus tñ in quinto aliter fabulã deſcribit. Libidine fœminea: amore muliebri. Noſtra uirili. Acrior eſt: eſt uehementior in fœmina. Quæ neget: quæ coitum recuſet. Quæq; negãt. fœminæ q̃ tibi aſſentiũt: uel coitũ negãt. Vt iã fallaris q̃uis negauerit mulier. Tuta repulſa. quia nihil mali ex ea cõſequeris. Noua uoluptas. noui amantes: Et capiant aĩos. qa aliena magis quam noſtra appetimus. Grãdius uber. ubera lactis pleniora. Sed prius ancillã. Aliud præceptũ affert. Captatæ puellæ: amicæ blanditiis cõciliatæ: Molliet: molles & faciles reddet Tuos acceſſus: tuos additus ad amicam. Sit parum fida. parum ſoleat fidem ſeruare. Tacitis iocis. occultis luſibus. Lætiſſima rerum: amica bilaris. Tunc cũ triſtis erat. cum erat mœſta propter bellum: Læta recepit. Troiani rati græcos abiiſſe. ſoluti longo luctu: equm troianum in urbem traxere: ut eſt apud Virgilium: Tentanda: ſollicitanda eſt amica ab ancilla. Quum pellice læſa. quum quæritur maritum ſe deſerta ad alias fœminas accedere. Ne ſit inulta: ut ulciſcatur maritum uel amantem illius. Hanc matutinos: ſolent enim ancillæ comas dominarum pectere unde. Iuuenalis moroſam dominam taxat Opem remigis: auxilium remigandi. hoc eſt uerba te illi conciliantia: ẽ ãt a nauigãtibꝰ ſumpta ſimilitudo. Referre uicẽ: referre gratiã amanti: Propera narrando ei iniuriam mariti. Ne uela cadãt: ne irã põat Quæris an hanc ipſam. Aliud ꝓceptum affert. Talibus admiſſis: uiolata ancilla. Alea grãdis. magna dubitatio. Pliniꝰ. Vti

phœnix Occæcatus.

Phinei Fabula

Et nece natorũ ſanguinolenta parens?
Fleuit amynthorides per inania lumina phœnix
Hippolytum rapidi dirripuiſtis equi.
Quid fodis inmeritis phineu ſua lumina natis?
Pœna reuerſura eſt in caput iſta tuum.
Omnia fœminea ſunt iſta libidine mota:
Acrior eſt noſtra: pluſq; furoris habet.
Ergo age ne dubita cunctas ſuperare puellas
Vix erit in multis quæ neget una tibi.
Quæ dãt quæq; negãt: gaudẽt tamẽ eẽ rogatæ
Vt iam fallaris: tuta repulſa tua eſt.
Sed cur fallaris? quũ ſit noua grata uoluptas:
Et capiant animos plus aliena ſuis.
Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris.
Vicinumque pecus grandius uber habet
Sed prius ancillam captatæ noſce puellæ
Cura ſit: acceſſus molliet iſta tuos:
Proxima cõſiliis dominæ ſit ut illa uideto.
Neue parum tacitis conſcia fida iocis:
Hanc tu pollicitis: hanc tu corrumpe rogando
Quod petis: ex facili: ſi uolet illa: feres
Illa legit tempus: medici quoq; tempora ſeruãt
Quo facilis dominæ mens ſit: & apta capi.
Mens erit apta capi tunc: quũ lætiſſima rerum:
Vt ſeges in pingui luxuriabit humo.
Pectora dum gaudent: nec ſunt aſtricta dolore
Ipſa patent: blanda tum ſubit arte uenus.
Tunc cum triſtis erat defenſa eſt ilios armis:
Militibus grauidum læta recepit equum.
Tum quoq; tentãda eſt: quũ pellice læſa dolebit
Tunc facies: opera ne ſit inulta tua.
Hãc matutinos pectens ancilla capillos
Incitet: & uelo remigis addat opem.
Et ſecum tenui ſuſpirans murmure dicat:
Vt puto. non poteris ipſa referre uicem.
Tunc de te narret: tunc perſuadentia uerba
Addat: & inſano iuret amore mori:
Sed propera: ne uela cadant: iræque reſidant
Vt fragilis glacies: interit ira mora.
Quæris: an hanc ipſam proſit uiolare miniſtrã.



tur & illa. M. cato extra omnẽ ingenii aleã poſitus. Hæc fit ſedula. Aliqua ancilla ſedula eſt ad coeundum: aliqua tardior: hæc quæ eſt tardior parat fideliter amantẽ dominæ: illa uero ſedula parat eũ ſibi. Caſus in euentu eſt: ſucceſſus rei pendet e fortuna. Licet hic: quamuis aliquis. Indulgeat auſis: utatur audacia coeundo cũ ancilla. Abſtinuiſſe ab ancillæ coitu. Captus erit: decipietur. Sedulitate aſſiduitate uel diligentia in rebus omnibus. Comes illa ſequetur ancillam ẽt poſt dominam ſubagitabis. Aut nunquam tentes: nunquã ancillam aggrediaris. Aut perfice: aut ſubagites. Tollitur index: quia nunq̃ te accuſabit dominæ ꝙ eam uolueris ſubagitare. Non auis utiliter auis exemplo docet ancillam non tuto intactam relinqui: quũ ſemel tentatur. Viſcato alis uiſco captis. Laxis caſſibus: nõ bene tentis retibus: Opprime tentatam: euince ancillam. quã aggreſſus es. Noxia. nocens ancilla. Cõmuni culpa: cõmuni coitu amatoris & ancillæ intellige. Sed bene celetur: quicquid tibi ancilla dixerit de amica. Bene ſi celabitur index: ſi celabitur ancilla. Arua operoſa: multi laboris. Et nautis aſpicienda putat. Tempora nõ modo ab agricola & nauta: ſed etiam ab amante obſeruanda eſſe dicit. Nec ſemp: non omni tpe ſeminandũ eſt frumentum. Viridi aquæ: mauri glauca: nã auſtris ſpirantibus mare fit glaucũ & cæruleũ: Aquilonibus obſcurius atrius ue: ut docet Gellius: cuius rei cauſam aſſignat Ariſtoteles ĩ problematis. Fiet idem: captabitur puella. Dies natalis: amicæ. qui apud priſcos habebatur in magna ueneratione. Virgilius Phyllida mitte mihi meus ẽ natalis iola. Siue calendæ: Ouidius in faſtis docet multis rationibus: cur matronæ romanæ calendis Martiis Iunoni ſacrificarent: Põpeius hanc rationem affert: ꝙ ea die iunonis ædes celebrari cœpta ſit: & ea ſacra matronalia dicebanẽ: Mittebantur ãt munera ad amicas calendis martiis. Martialis Scis certe puto ueſtra iam uenire ſaturnalia martias calẽdas. Tum reddam tibi galla quod dediſti: & Tibullus: ut Vaga nũc certa diſcurrunt undiq; pompa perq; uias urbis munera perq; domos. Quas uenerem marti. hoc diem quia calẽdæ Martiæ ẽt ueneri ſeruiebant: quoniam colebantur a mulieribus: Martialis. At tu diua paphi remitte noſtris Illeſum iuuenẽ remitte uotis ſic matris tibi ſeruiant calendæ: uel qa martiæ calẽdæ aprilem ueneri dicatum ꝓcedebant. Sigillis paruis ſtatuis. qbus etiã theatra ornabanẽ: ut diximus in tertio de arte amandi ſuper eo uerſu. aurea quæ pẽdent ornato ſigna theatro. Sed regũ poſitas. Obliſcos dicit. q ĩ medio circo locabãtur. Eſt aũt obeliſcus (ut marcellinus ſcribit lapis ĩ figurã metæ cuiuſdã ſenſim a ꝓceritate ĩ excelſum conſurgens: & ut radium imitetur paulatim graciles̃cens: ſpecie quadrata ĩ uerticem productus anguſtum: manu leuigatus. artificis: Obeliſcos ãt antiq reges ægypti bello domitis gẽtibus aut ꝓſperitatibus rerum elati montium uenis uel apud extremos orbis incolas perſcrutãtes exciſos erectoſque diis ſuperis dicarunt: Scribit idem Marcellinus Auguſtum cæſarem duos Obeliſcos admirandos ex urbe ægypti heliophi romam tranſtuliſſe quorum alterum in campo Martio: Alterum in circo Maximo

Calẽdæ Martiæ.

Matronalia

Obeliſcus.

Talibus admiſſis alea grandis ineſt
Hæc ad concubitum fit ſedula: tardior illa:
Hæc dominæ munus comparat: illa ſibi:
Caſus in euentu eſt. licet hic indulgeat auſis
Conſilium tamen eſt abſtinuiſſe meum.
Non ego per præceps: & acuta cacumina uadã
Nec iuuenum quiſquã me duce captus erit.
Si tamen illa tibi dum dat: recipitq; tabellas:
Corpore non tantum: ſedulitate placet.
Fac domina potiare prius: comes illa ſequetur
Non tibi ab ancilla eſt incipienda uenus.
Hoc unũ moneo: ſi quid modo creditur arti
Ne mea dicta rapax per mare uentus agar.
Aut nunquã tentes: aut perfice: tollitur index
Quum ſemel in partem criminis illa uenit.
Non auis utiliter uiſcatis effugit alis.
Non bene de laxis caſſibus exit aper.
Saucius arrepto piſcis retinetur ab hamo:
Opprime tentatam: nec. niſi uictor: abi.
Tunc neque te prodet: communi noxia culpa
Factaque erunt dominæ dictaq; nota tibi
Sed bene celetur. bene ſi cælabitur index:
Notitiæ ſuberit ſemper amica tuæ
Tempora qui ſolis operoſa colentibus arua
Fallitur: & nautis aſpicienda putat.
Nec ſemper credenda ceres fallacibus aruis:
Nec ſemper uiridi concaua puppis aquæ
Nec teneras tutum eſt ſemper captare puellas
Sæpe dato meliuſ tempore fiet idem
Siue dies ſuberit natalis: ſiue calendæ
Quas uenerem marti continuaſſe iuuat:
Siue erit ornatus non ut fuit ante: ſigillis:
Sed regum poſitas circus habebit opes:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Differ opꝰ:tūc triſtis hyems:tūc pleiades īſtāt
Tunc & in æquorea mergitur hædus aqua.
Tunc bene deſinitur:tunc ſi quis creditur alto
Vix tenuit laceræ naufraga membra ratis
Tunc licet:incipias:qua flebilis alia luce
Vulneribus latiis ſanguinolenta fuit.
Q uaq; die redeunt rebus minus apta gerēdis
Culta palæſtino ſeptima feſta uiro.
Magna ſuperſtitio tibi ſit natalis amicæ

Locauit:quē plinius ſcribit exciſum a rege ſemneſerto:quo regnāte Pythagoras ī ægypto fuit. cxxv. pedū fuit & dodrātis.præter baſin eiuſdē lapidis:Is uero qui eſt in campo Martio.viiii. pedū minor eſt:a Seſotide inſcriptā ambo rerū naturæ interpretationē:ægyptiorū ope & philoſophiæ continent Denotat aūt ludos circenſes:qui Romāi ſiue Magni.ſcænici & theatrales uarie appellati ſunt: fiebāt aūt in honorē Iouis.Iunonis:& Mineruæ:ut in uerrem docet Cicero.& ex Valerio Maximo ēt percipi pōt.Ludicrū erat equi pugileſq; ex hetruria acciti:ut Liuius docet.Circenſes aūt ideo ſunt appellati:ꝙ circum enſes prius fiebant:ut ſcribit Seruius ſup.viii.æneidos. Differ opus: captandæ ſcilicet puellæ.Tunc pleiades iſtant:Pleiadū iminet occaſus: Oriuntur enim quarto nonas apriles.Ouidius ī faſtiſ Pleiades incipiēt humeros reuelare pater nos.Q uæ ſeptē dici.ſex tn̄ eſſe ſolēt.Columella ſcribit.vi.id octobris Virgilias ex oriri ueſpere.fauonio ſpirāte:& Interdum africo cū pluuia:Verū.xiii.&.xii.calendaſ nouēbris ſolis exortu occidere:& tēpeſtatem ſignificare:Idē alibi ēt ſcribit Virgilias.xi.calendas maias cū ſole oriri.viii. uero idus apriles ueſpe cælari. Interdūq; hiemare.Plinius ēt docet Virgiliarū exortu æſtatē incipere:occaſu hiemē:Pleiades āt dicūt.quoniā ex Pleone oceani & Atlāte ſint natæ:Virgliæ a noſtris appellant ꝙ in uere oriunt.Cur aūt ſex tantum modo dicant:cū ſeptē fuerint:& quō iter ſydera collocatæ ſint a Ioue higinius.& Ouidius ī faſtis docent. Hædus aqua:Auriga hædos humeris geſtat:qui a poetis Olenium pecus appellant.& capram oleniā appellat Ouidius ī met.& ſtrabo ſcribit ægar duas fuiſſe:unā ī Euboea:Alterā ī Achaia quo: ī loco Iuppiter a capra lacte nutritus dicitur:& ꝑpe eē olenē:unde Oleniā capellam dixere poetæ: uel ab Oleno uulcani filio:cuius meminit higinius:Oriunt aūt Hædi(ut docet Columella).v. calendas octobres:fauonio flāte.nōnunq̄ Auſtro cū pluuia:Idē alibi ēt ſcribit hædos oriri pridie nonas octobres ueſpere:ī ortu aūt & occaſu tēpeſtatē Pluuiāq; faciūt.Mālius. Hūc ſubeunt hædi claudētes ſydere pontum Nubibus:& mūdi nutrito rege capella:Virgilius.Præterea tam ſunt arcturi ſydera nobis Hædorūq; dies ſeruandi:Ouidius in faſtis:Nais amalthea cretæa nobilis Ida Dicit ī ſiluis occuluiſſe iouem:Huic fuit hædorū mater formoſa duorū inter dictæos cōſpicienda greges. Tunc bene definitur:Ceſſatur a captanda puella: Q ua flebilis Alia:Alia(ut Liuius ſcribit)fluuius eſt.xi.milibus paſſuū ab urbe diſtans.e cruſtuminis defluens montibus:apud quē deletæ ſunt a gallis copiæ romanæ ad xv.calendas Sextiles:quem diem atrū uelut in fauſta appellatione dānarunt. Nam anno ab urbe condita.ccclxiii.a Trib.Militum uirgulo Manlio.Eolio poſthumio:collegiſq; eorū tractatum eſt in ſenatu:quid eſſet:ꝙ toties intra paucos annos male eſſet afflicta reſp.Et ex præcepto patrum.L.Aquiniū Aruſpicem in ſenatum uenire iuſſum religionum requirendarum gratia dixiſſe.Q .Sulpitium Trib. Militum ad Aliam aduerſum gallos pugnaturū rem diuinā dimicandi gratia feciſſe poſtridie idus qntilis:Item apud Bremerā Multiſq; aliis temporibus & locis poſt ſacrificium die poſtero celebratū male ceſſiſſe conflictum. Tunc patres iuſiſſe:ut ad collegium pontificum de his religionibus referretur: Pontificeſque ſtatuiſſe poſtero die omnes calendas.nonas:Idus.Atros dies haberi : ut hi dies neque præliares.neque puri:neque comitiales eſſent:hiq; Alienſes poſtriduani.Atri. Varie ſunt appellati: hæc Macrobius:Plutarchus Atros hos dies ideo appellatos arbitratur:quoniam inferis ſint dicati:ꝙ dies præcedens calendas.nonas:uel Idus.ſuperis eſſet dicatus:his nec iouem:nec ianum.nec aliū deorum præfari fas erat .Liuius quoq; ita ſcribit: Tum de diebus religioſis agitari cœptum:diemq; ad.xv calendas ſextiles duplici clade inſignem:quo die ad cremeram Fabii cæſi: quo deinde ad. Aliam cum exitio urbis fœde pugnatum a poſteriore clade Alienſem appellarunt:inſignem rei nullius publice priuatimq; agendæ fecerunt:Sane Alia ſimplici.l.ſcribitur:Lucanus. Q uas aliæ clades:Vergilius aūt duplici ll Protulit propter metrum:ut alibi quoq; dixit Eiectum porſena iubebat Accidere. Q uaq; die redeunt:Saturnalia intelligit:ideſt diem ſaturno feſtum:qui erat(ut ſcribit Macrobius) ad.xiiii.calendas Ianuarias:Sed poſtq̄.C.Cæſar huic menſi duos addidit dies.xvi.calendas celebrari cœpta ſunt Saturnalia:Sed quum ea re uulgus ignoraret certum ſaturnaliorum diem:nonnullique a C. Cæſare inſerto die.ideſt.xv.calendas: Aliique ueteri more.xiii.calendas Ianuarii celebrarent pluribus diebus Saturnalia celebrari cœpta ſunt:licet & apud ueteres ſeptem diebus peragerentur: Auguſtus in legibus iudiciariis triduo ferias,ſeruari iuſſit: Erant autem hi dies lætitiæ & locorum pleni : quibus bellum ſumere:& pœnas a nocente exigere : piaculum erant. Paleſtino uiro.

circēſes. Ludi
Pleiadeſ uel Virgiliæ
Hædi Olenia. capella.
Alia fluuius
atri dies Aliēſes. Poſtriduani.
Saturnalia
ſabbatū Saturni dies



Q uaque aliquid dandum eſt:illa ſit atra dieſ
Cum bene uitaris.tamen aufert.inuenit artem.
Fœmina.qua cupidi carpat amantis opes :
Inſtitor ad dominam ueniet diſcinctus emacem
Expediet merces teque ſedente ſuas.
Q uas illa:īſpicias.ſaperent uideare:rogabit.
Oſcula deinde dabit:deinde rogabit:emas.
Hoc fore contentam multos iurabit in annos:
Nunc opus eſſe ſibi:nunc bene dicet emi.
Si non eſſe domi :quos des cauſabere nummos
Littera poſcetur:nec didiciſſe iuuat.
Q uid:quaſi natali quum poſcit munera libo:
Et quotiēs opus eſt:naſcitur illa ſibi.
Q uid:quū mēdaci damno mœſtiſſima plorat
Elapſuſq; caua fingitur aure lapis:
Multa rogant utenda dari:data reddere nolūt
Perdis:& in damno gratia nulla tuo eſt.
Nō mihi ſacrilegas meretricū ut pſequar artes:
Cum totidem linguis ſint ſatiſ ora decem.
Cæra uadum tenet raſis infuſa tabelliſ:

Viro iudaico:nam iudæi diem quem latini Saturnum dicunt ſabbatum appellant : & obſeruant mira ſuperſtitione.ut antea docuimus:Scribit etiam Tacitus in libro.xxi.ſeptimo die iudeis ociū placuiſſe ꝙ is finem laborum tulerit:Dein blandiente inertia:ſeptimū quoq; annū ignauiæ datum: & honorē eum ſaturno habitu:ſeu principia religionis tradentibus iudæis:quos cū ſaturno pulſos & cōditores gentis accepit:ſeu ꝙ de ſeptem ſyderibus:q̄bus mortales reguntur:altiſſimo orbe:& præcipua potentia ſtella ſaturni feratur:ac pleriſq; cœleſtium uim ſuam & curſum ſeptimos per numeros commeare Paleſtina aūt regio ſyriæ iuncta eſt: dicta (ut ſcribit Plinius)a paleſti urbe metropoli:Eſt etiam paleſtina propter pheaciā Lucanus.Laxa paleſtinas nudis confixit arenis ſeptima feſta : ſaturnalia intellige. magna ſuperſtitio:magnus & ſuperfluus timor:ſuperſtitō aūt(ut Cicero ē auctor) dicitur a ſuperſtes nomine:illi enim ſuperſtitioſi ſunt:qui totos dies precantur: ut ſibi ſui liberi ſuperſtites ſint:alii ſuperſtitionem dictam uolunt ꝙ ſit ſuperſtantiū rerum ideſt cœleſtium:& diuinarū:quæ ſupnos ſtēt inanis & ſuperfluus timor Lactātius uero libro diuinarum inſtitutionum quarto ſuperſtitioſos eos uocari ſcribit : ñ qui filios ſuperſtites optant:omnes enim optamus:ſed aut eos. qui ſuperſtitem memoriā defunctorū colunt:aut qui parentibus ſuis ſuperſtitibus colebant imagines eorum domi tanq̄ deos penates:Nam qui nouos ſibi ritus aſſumebant:ut ī deorū uicem mortuos honorarent:quos ex hominibus in cœlum receptos putabāt:hos uocabant ſuperſtitioſos:Eos uero qui publicos & antiquos deos colerent : religioſos nominabant:Vnde Virgilius uana ſupſtitio ueterūq; ignara deorū:ſuperſtitioſi ergo qui multos ac falſos deos colunt. Sit atra ſit infauſta.Q uū bene uitaris.cū effugeris.neq̄d tibi illa auferat.Inſtitor ad dominā:Inſtitor eſt q Tabernæ loco ue ad emēdū ue ꝓponit: quiq; ſine loco ad eundem actū ꝓponitur:ſic dictus ꝙ negocio gerēdo inſtat.ut docet Vlpianus. Diſcinctus:demiſſis tunicis.propertius Et ibo Mundus demiſſis inſtitor in tunicis:alias diſſolutus. perſius.Nō pudet ad morē diſcīcti uiuere nactæ.Sapere ut uideare tanq̄ optime noris.q̄ti cōſtēt merces Cauſabere:ī excuſationē adduces:Eſt enim cauſari cauſā rei geſtæ afferre. Q uitilianus.Nec cauſanti pupillo ſic tutor iraſcatur:& Virgilius Cauſando noſtros in longū ducis amores:Cauſari ēt ſignificat cauſam dicere uel defendere:ut Marcello placet. Littera poſcetur petet ate ſingraphum procōparatis mercibus quo inſtitori cautū ſit.Nec didiciſſe iuuat:quum petit ate ſingraphū:non confert te litterras didiciſſe.Natali libo.placēta natali:ſic ēt in Amoribus:Q uum tibi deficiēt poſcendi munera cauſæ Natalem libo teſtificare tuū:Eſt aūt libū(ut uoluit ſeruius)placēnta de farre & melle ſacrificiis aptum: Vergilius.& Adorea liba per herbam ſubiciunt epulis:ſcribit Cato die natali ſolita liba apponi diſcūbentibus et guſtare neminē prius debere:q̄uis qui ſuū natalē celebrat:omneſq; quum libum guſtaſſent bene præcari oportebat.Ouidius Libaque dem pro te geniale notantia tempus.Accipiamq; bonas ore fauente præces.Naſcitur illa ſibi:Fingit natalem ſuum adeſſe:ut mittas ei munera. Lapis:Margarita. Caua aure:nam uniones(ut tradit plinius)digitis ſuſpendere & binos ac ternos auribus geſtare fœminarum gloria erat:& Cleopatram legimus duos illos maximos uniones ſingulare naturæ opus auribus geſtare ſolitā:quorū alterū ī cœna magnæ taxatiōis aceto liquefactū abſorbuit. Elapſuſq; caua:fingit ex aure unionē decidiſſe.Reddēda dari:Pollicēt ſe reddituras tibi quicq̄d a te mutuo petunt.legit ēt utenda dari.Perdis:amittis qd̄ mutuo dediſti.Nulla grā:nulla gratitudo. Non mihi ſacrilegas.Ordo ē.decem ora cum totidē līguis nō ſūt ſatis mihi ut pſequar &c.Cæra uadū tentet:ſollicitandā eſſe lr̄is amicā dicit:Cæra:litteræ ſcriptæ in tabuli cæratis. Tentet uadū:ſollicitet & experiatur animū puellæ:uel ſecuritatem adeundi amicam:nam ut in profundo maris periculum eſt:ita ī Vado ſecuritas:unde quū rem ſecurā ſignificamus:eā in Vado eſſe dicimus :eodē uerbo utit Ouidius in tertio. Verba uadū tentent abiegnis ſcripta tabellis.Raſis tabellis.q̄a in tabulis cæra

Sabbatum Saturni dies
Paleſtina
Superſtitio
Inſtitor.
Diſcinctus.
Cauſari
Libum
Vnionum.
Vſus
Reſeſt ī uado

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

oblitis ſcribebant:antea enim non fuiſſe chartarum uſum ſcribit plinius: ſed palmarum foliis primo ſcriptitatum:Deinde quarundam arborum libris:poſtea publica monumenta plumbeis uoluminibꝰ: Mox & priuata linteis confici cœpta:aut cæris. Erit conſcia tuæ mentis:declarabit amicæ mẽtem & amorem tuũ.Blanditias tuas:Blanda & amatoria uerba:quæ in amore plurimũ poſſunt. Q uiſquis es ac ſi diceret:licet eã dignitate præſtes.Hectora donauit.Achilles(ut Homerus ſcribit)occiſi Hectoris cadauer per dies.xii.in ſepultum ſeruauit:donec nocte redempturus miſerabilis pater priamus ueniret: Verũ iuſſu Iouis ab apolline cadauer inſigne ne corrumperetur ante funus ſacris liquoribus perlitũ eſt : & quum corpus nollet parenti priamo reddere : Priamus duce mercurio caſtra hoſtium nocte ingreſſus eſt:ubi apprehenſis achillis genibus:ac p patrẽ & bene comatã matrẽ & filiũ precatus:datis ẽt muneribus . cæſum filii corpus optinuit : Munera aũt fuerunt hæc:Duodecim pulchri Pepli:Duodecim ſimplices ueſtes: Totidem Tapeta: Totidem palia: Totidem Tunicæ:Decem Auri Talenta: Duo fulgentes Tripodes:lebetes quattuor. Pulchrum & precioſum poculum. Semel eſt ſi credita:ſi fides adhibetur ei.quod pollicemur. Sed tamen apta dea eſt: Spes tamen eſt hominibus commoda:nam niſi ea eſſet:mortales plerunq; miſerrimam uitã agerent:unde longa ſolet eſſe inter doctos diſputatio. Vtrũ mali plus an boni ſpes afferat hominibus. Poteris ratione relinqui.quia quum ea acceperit quod uolet:te relinquet: Præteritum tulerit: quod dediſti iam habebit:at ea nihil perdet:quia non dedit coitum:uel hoc dicit.præteritum tempus nihil tibi auferat aut perdat. Sic dominum ſterilis. Sic dominum ſperãtem ager plerunq; fallit:ut tu amicam. Sic:ſperando. Luſor: aleator. Littera cydippen:Acontius ex. Cæa inſula Delum nauigauit ad ſacra dianæ,quæ a uirginibuſ celebrabantur:ubi in amorem cydippes exarſit : & quum aperte non auderet eam uxorem petere : fraude pomum ante puellam iecit in quo hæc carmina ſcripta erant:Iuro tibi ſane per myſtica ſacra dianæ.Me tibi uenturam comitẽ ſpõſamq; futurã :puella pomo accepto doli ignara carmẽ legit:uiſaq; ẽ ſeſe uxorẽ polliceri Acõtio:Erat.n.lex:ut q̃ in tẽplo Dianæ Deliæ dicerẽt.rata fierẽt. Bõas artes ĩgẽuas diſciplinas: eloquentiæ : ſtudia Non tantũ trepidos non tantũ ut in foro iudiciali ſis eloquens:ſed ẽt apud amicam

Priamuſ Hectorẽ redemit

Spes

Acontii & cydippes. Fabula

Cra tuæ primum conſcia mentis erit.
Blanditias ferat illa tuas:imitataque amantum:
Verba:nec exiguas quiſquis es adde preces.
Hectora donauit priamo prece motus achiles:
Flectitur iratus uoce rogante deus.
Promittas facito: quid enim promittere lædit?
Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.
Spes tenet in tempus:ſemel eſt ſi credita:lõgũ:
Illa quidem fallax:ſed tamen apta dea eſt.
Si dederis quicquam:poteris ratione relinqui.
Præteritum tulerit:Perdideritque nihil
Et:quod non dederis:ſemper uideare daturus.
Sic dominum ſterilis ſæpe fefellit ager.
Sic:ne perdiderit.non ceſſat perdere luſor.
Et reuocat cupidas alea ſæpe manus:
Hic opus:hic labor ẽ:primũ ſine munere iungi.
Si dederit gratis:quæ dedit:uſque dabit
Ergo eat:& blandis peraretur littera uerbis.
Exploretq; animos:prima que tentet iter.
Littera cydippen pomo perlata fefellit.
Inſcia que eſt uerbis capta puella ſuis.
Diſce bonas artes:moneo:romana iuuentuſ.
Non tantum trepidos ut tueare reos.
Q uã populus:iudexq; grauis:lectuſq; ſenatus
Tam dabit eloquio uicta puella manus.
Sed lateant uires:nec ſis in fronte diſertus.
Effugiant uoces uerba moleſta tuæ.
Q uis:niſi mẽtis inops teneræ declamat amicæ.
Sæpe ualens odii littera cauſa fuit
Sit tibi credibilis ſermo:conſuetaq; uerba
Blanda tamen:præſens ut uideare loqui.
Si non accipiet ſcriptum:illectumq; remittet

Q uã populus;Per populum genus demonſtratiuũ:p iudicẽ genus iudiciale:per Senatũ Deliberatiuũ genus diſignat:in q̃bus generibus oĩs facultas oratoria uerſaẽ:ut Ariſtoteles arbitratus eſt:& eũ ſecutus Cicero. Tã dabit eloquio:tñ puellæ mouenẽ eloquẽtia:q̃tũ populus.Iudex: & ſenatus.Sed lateant uires:Diſſimulandã eſſe eloquentiã dicit:id qđ ẽt p̃cipit Fabius his uerbis: Veteribus q̃dem ẽt diſſimulare eloquentiã fuit moris:idq;.M.Antonius præcipit:quo plus dicentibus fidei:minuſq; ſuſpectæ aduocatorũ inſidiæ forent.In fronte diſertus:in apto eloquens. Verba moleſta minus amicã delectãtia.Declamat:Declamare(ut Caluus dixit)eſt nõ mediocriter dicere . Nã Rhetores p declamationes adoleſcentes exercebãt ĩ ſcholis & foro præparabãt.Littera cauſa fuit. Epiſtolam dicit nimis diſertam:& in declamationis modũ compoſitam.

Tria genera cauſarum : Diſſimulandã eẽ Eloquẽtiam. declamare.



DIcite io pæan.Ex tribus partibus quas ꝓpoſuerat:Ouidius:Duas abſoluit. Tertia ſupeſt quã nunc exequiẽ.Docet eni in hoc ſecundo libro:queadmodũ ab amatore conſeruandus diu ſit amicæ amor:quã aſſiduo labore ſibi morigerã reddidit.Dicite io pæan Triumphandũ eſſe dicit de amica ſubacta:& apollinẽ inuocandũ.ut in triũphis fieri ſolebat:Ouidius i met.lætos molire triumphos Et pæana uoca:nitidaq; icigere lauro:& i triſtibus.Tẽpora phœbea lauro cigenẽ:ioq; Miles io magna uoce triumphe canet.Strabo in.xviii.ſcribit pythõe ſagittis ab Apolline debellato parnaſios inter adhortãdũ io pæã clamitaſſe : inde cõſuetudinẽ traditã:ut q cõſecuturi ſũt aciẽ :ſic pæanis celebrationẽ clamitent:Pæan ãt ñ mõ Apollinẽ ſignificat: ſed ipſius & cæterorũ deorũ laudẽ:Virgilius.lætũq; choro pæana canentes: & Statius. Herculeum pæana canunt:Io uero uox eſt clamantis. Virgilius.Io matres audite ubiq; latinæ. In meos caſſes:in mea retia:Præda petita puella quæſita. Viridi palma:quoniã do cui amantẽ uictoriam conſequi de amica: palma autẽ ideo datur uictoribus: ꝙ ea arbor ſemper uiret:uel(ut Gelius ſcribit)ꝙ nullo pondere degrauari põt: qn ſurgat : & ſe eleuet:refringit.n. uel extollit qcqd ſuper iponiẽ.præferor aſcreo : præponor Heſiodo ab Aſcra boetiæ uico appellato Mæonioq; ſeni.Homero a mœone patre eodemq; patruo ut Plutarchus ſcribit:uel (ut maluit Ariſtoteles i libro de poetica) a Mœone lydorum rege : qui eũ pro filio edueauit:& Meliſigenem prius dictũ ſcribit ameletæ fluuio : iuxta quem eũ mater peperit poſtea factus cæc⁹ Homeri nomẽ accepit:cumæi nãq; & Iones oculis captos Homeros dicũt Multæ ciuitates eius ortũ ſibi uẽdicãt:ut docet Gelius eo diſticho:Septẽ urbes certant de ſtirpe inſignis homeri.Smirna.Rhodos.colophon:Salamin.Ius.Argos.Athenæ.Talis ab armiferis :Ex ſimilitudinũ aggeratõe amãtis lætitiã exprimit ab.Amyclis armiferis a bellicoſis amyclis:Amicie ãt fuit ciuitas laconiæ patria helenæ.Priamcius hoſpes paris quẽ Menelaus ſuſcepit hoſpitio:Is enim cum ænea cũ aliquot nauibus i laconiã Spartã ad Menelaũ nauigauit:abeoq; ſuſceptus hoſpitio:cõmendaẽ uxori helene:qũ iꝑe eo tẽpore in tretã nauigaret ad diuidendas Atrei opes:Helena abſente marito.capta paridis pulchritudine:cũ eo ad troiã nauigauit:Herodotus tamẽ ſcribit eã i ægyptũ tempeſtate delatã pueniſſe:proteũq; regẽ eã marito menelao reddidiſſe. Talis erat qui te curru: œnomaus Rex Piſæ & Elidis i pelopõneſo filius Martiſ & ægine cũ accepiſſet ex oraculo ſe moriturũ:quum primum filia nupſiſſet eã i ꝑpetua uirginitate aſſeruãdã curauit.Itaq; qcũq; filiã peteret cum ea curſu certabat:habebat eni duos uelociſſimos equos pſillã & harpinã:equorũ curſũ inſtituit a piſa ad aram Neptuni:quæ eſt apud Iſthmum corinthi:curſus erat eiuſmodi:œnomaus arietem ioui ſacrificabat. Qui uirginem poſtulabat:quattuor equorũ ferebatur curru:œnomaus ſacris pactis.curſu ſequebaẽ ꝓcedentem auriga myrtilo:aſſecutũ haſta quã geſtabat manu interficiebat:Primus marmacas periit: multiq; etiam poſt illum. Tandem Pelops Tantali filius:ex peloponneſo ueniens corrupto Mirtilo uictor euaſit.Oenomaus exiſtimans aduenitſſe reſponſi tꝑs ſibi mortem conſciuit:pelops ſumpta uxore hippodamia Piſæ regnũ tenuit auctor Diodo. Peregrinis notis . curru peregrini pelopis : e phrygia.n.in pelopõneſum uenerat. Tua pius.tua nauis ex pini abore.i.tuus amoris curſus eſt.n.a nauigãtibus ſumpta trãſlatio.Et longe:nam plura adhuc iſtant dicẽda. Nec mĩor ẽ uirtus.Sententia loco cõgruens.Puer & cytherea:cupidinem & uenerem ĩuocat.Si q̃do fauiſtis.ſ.Erato.erato una eſt ex nouẽ muſis deã ab eros eratos.ꝙ amorem ſignificat.ꝙ docti hoĩes ab oĩbus amentur:ut Diodo. aſſerit.Rẽanere:durare.puer peruagus.quia amicæ ſæpenũero ab amãte ad alium deficiunt:qd ꝓpti⁹ quæriẽ ea elegia q̃ ſic incipit.Iſte qd ego ſæpe fui:ſed fors & in hora Hoc iꝑo eiecto Carior alter erit.

Io Pean

Pean

Io

Palma

Aſcra Mœoni uſ poeta

Meliſi gnem. Home rus.

Helenæ Fuga

Hippo damiæ & pelo piſ Fabu la.

P.OVIDII NASONIS DE ARTE AMANDI LIBER SECVNDVS

DIcite io pæan & io bis dicite pæan.
Decidit in caſſes ꝓda petita meos
Lætus amas donet uiridi mea carmina palma
Præferor aſcræo mæonioque ſeni:
Talis ab armiferis priameius hoſpes amyclis
Candida cum rapta coniuge uela dabat.
Talis erat qui te curru uictore ferebat
Vecta peregriniſ hippodamia rotis:
Quid ꝓperas iuuenis? mediiſ tua pinus i undis
Nauigat & longe:quẽ peto:portuſ abeſt.
Non ſatis inueniſſe tibi eſt me uate puellam.
Arte mea capta eſt:arte tenenda mea eſt
Nec minor eſt uirtuſ q̃ quærere parta tueri.
Caſus ineſt illic.hic erit artis opus.
Nunc mihi ſi quando:puer & cytherea fauete.
Nunc erato:nam tu nomen amoris habes.
Magna paro quas poſſit amor remãere partes:
Diceret:tam uaſto peruagus orbe puer .

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Et habet geminas quibus euolet alas: quare cupidini alæ attributæ ſint: ita ẽt docet propertius: Sci
licet alterna q̃ꝫ iactamur in unda Noſtraq; non ullis permanet aura locis. Hoſpitis effugio: Exem
plis docet: cupidinẽ ideſt fœmineum amorẽ non poſſe tenere: quin quo uelit euolet. Effugio hoſpitis

Dædali. Fabula.

Dædalus genere athenieñſis: natus ex mitiono Eupalmi præclarus architectus fuit: hic interfecto Ta
lo ſororis filio p̄ iuidiã. q̄ Serrã: rotã figuli: & tornum repperiſſet: ab Ariopagitis damnatus in cretam
ꝓfugit: quẽ quũ minos cõperiſſet bouẽ ligneã paſiphaæ fabricaſſe: in labyrintho eum cũ filio Icaro in
cludi iuſſit: aut (ut refert Diodorus) Paſi
phae eũ abſcondidit. Ille uero deſperato
nauis tranſitu. q̄ minos loca oĩa ꝑcluſerat
& pecunias ꝓmiſerat. ſi quis Dædalũ inue
niſſet alas cæra cõpactas ſibi & filio appli
cuit: euolauitq; i ſiciliã: Icarus quoniã alti⁹
euaſerat i mar̃ decidit: qđ ab eo Icarũ co
gnomĩatũ uoluit Ouidius: Fabulã plenius
refert Diodorus: & Ouidius ĩ met. Præ
cluſerat omnia: terras & maria clauſerat.
Crimine matris: Paſiphaes infãdo cõcubi
tu. Vt clauſit. poſteaq̃ labyrinthũ ædifica
uit. Sit modus exilio. Verba ſunt Dædali
precantis minoa. Terra paterna urbs athe

Nauigãdi Pricipatus.

nienſis. Senis. patris Dædali. Puero. filio
Icaro. Et poſſidet æquora minos: Creten
ſes namq; (ut Strabo docet) nauigandi
olim principatum tenuere: unde ꝓuerbiũ
erat. Siqs q̃ nouit ſe ignorare diſſimulet:
cretes neſcit pelagus. Per ſtyga detẽ iter: in
uitum ſe dicit aerẽ tẽtare. Stygias undas
ne iouẽ offendã: Iura nouanda. naturæ iu
ra Dædalus dr̃ inouare: quũ aerẽ uolucri
bus cõceſſum tẽtat relicta terra. Ingenium
mala ſæpe mouẽt. Pericula reddũt homi
nẽ ingenioſum: Aerias uias. Horatius. Ex
ptus uacuũ Dædalus aera pẽnis nõ hõi da

Caliſto. In urſam

tis. Remigiũ uolucrum: Remigiũ eſt ipſe
ordo remorũ: unde ẽt p̄ metaphorã de aui
bus dicimus. Virgilius. Remigio alarum
Virgo tegeæa: Caliſto arcadica. ab urbe.
Tegea. a qua Virgilius ẽt Pana Tegeæũ
appellauit: Caliſto aũt Lycaonis arcadiæ
regis filia a Ioue cõpreſſa. mutata fuit a Iu

Arcton

nõe ĩ urſam: q̃ Iuppiter cum filio inter ſide
ra collocauit eãq; arctõ quod latine urſam
ſignificat: filiũ Arctophylaca noĩauit: Fa
bulã narrat Ouidius: & Plenius higynius
Hæc nõnunq̃ helice appellaẽ. ut nonnulli
uolũt ab arcadiæ oppido. Higyni⁹ ſcribit

Helice

Helicẽ: & cynoſurã nymphas fuiſſe Iouis
nutrices. & pro beneficio ĩ mũdo colloca
tas: & utraſq; arctos appellatas: quas nr̃i.

Septentriones Helicis & Cynoſure obſeruatio Plauſtrũ

Septẽtriões dixerũt: cuius noĩs ſignifica
tionẽ docet Gelius: Heliceen ãt græci: Cy
noſurã uero phœnices aſpiciẽtes cõtinue
nauigãt. Ouidius. Eſſe duas arctos: quarũ
cynoſura uocaẽ Sidoniis: Helicen graia
caria notat. Comeſq; bootes. Arctõ plau
ſtrũ noĩarũt: q̃ ſidera ꝓuiderũt: nã ex ſeptẽ
ſtellis: duas q̃ pariles uidenẽ: ꝓ bobus ha
buerũt Reliquæ uero q̃nq; figurã plauſtri

Et leuis eſt: & habet geminas quibus euolet alas
Difficile eſt illis impoſuiſſe modum
Hoſpitis effugio præcluſerat omnia minos:
Audacem pennis repperit ille uiam:
Dædalus ut clauſit conceptum crimine matris.
Semibouemq; uirum: ſemiuiriumque bouem
Sit modus exilio dixit iuſtiſſime minos.
Accipiat cineres terra paterna meos:
Et quoniam in patria fatis agitatus iniquis.
Viuere non potui: da mihi poſſe mori:
Da reditum puero. ſenis eſt ſi gratia uilis.
Si non uis puero parcere. parce ſeni
Dixerat hæc. ſed & hæc: & multo plura licebat.
Dicere: & egreſſus non dabat ille uiro:
Quod ſimul ac ſenſit: nũc nũc o dædale dixit.
Materiã: qua ſis ingenioſus: habes:
Poſſidet & terras: & poſſidet æquora minos:
Nec tellus noſtræ: nec patet unda fugæ.
Reſtat iter cœli: cœlo tentabimus ire.
Da ueniam cœpto iuppiter alme meo:
Nõ ego ſidereas affecto tangere ſedes.
Qua fugiam dominum: nulla: niſi iſta uia eſt.
Per ſtyga detur iter: ſtygias tranſibimus undas
Sunt mihi naturæ iura nouanda meæ.
Ingeniũ mala ſæpe mouẽt. quis crederet unquã
Aereas hominem carpere poſſe uias:
Remigium uolucrum diſponit in ordine pennas
Et leue per lini uincula nectit opus:
Imaq; pars cæris aſtringitur igne ſolutis.
Finituſq; nouæ iam labor artis erat.
Tractabat ceramq; puer: pẽnaſq; renidens
Neſcius hæc humeris arma parata ſuis.
Cui pater his inquit patria eſt adeunda carinis:
Hac nobis minos effugiendus ope:
Aera non potuit minos: alia omnia clauſit.
Qua licet inuentis aera rumpe meis.
Sed tibi nõ uirgo tegeæa. comeſq; bootes
Enſifer orion aſpiciendus erit.



ſimularunt. Proximã illi ſtellam Bootẽ dixerunt a bobus: quos uidentur agitare: hunc & Arctophyla

Bootes Arctophilax: Orionis Sydus Samos Inſula:

ca: ideſt urſæ cuſtodem appellari diximus. Enſifer orion. Orionis ſydus obſeruari a nautis docet etiã
Virgilius: quũ ait. Armatũq; auro circũſpicit oriona: enſifer aũt appellatur: quoniã tres ſtellæ ſunt. q
bus gladius in eius dextra deformaẽ: ut higinius docet. Me pennis ſectare. ne aſpicias ulla ſydera: ſed
me tantũ uolatu ſubſequere. Inter utrũq; uola: mediũ tene. Monte minor collis: collem cretæ deſcri
bit. unde Dædalus cũ filio euolauit. Iam ſamos a leua. Samos (ut apuleius ſcribit modica inſula eſt in
mari icario ex aduerſum Miletos ad occi
dentẽ eius ſita: in ea fanũ fuit Iunonis anti
quitus famigeratũ: cuius deæ donariũ in
lãcibus: ſpeculis: poculis: plurimo auro &
argento erat p̄ q̃ opulentũ: erãt quoq; mul
tæ æris effigies: & ante arã Bathilli ſtatua
a policrate tyrãno dicata: plura legito apđ
Apuleiũ in ſecundo floridorũ: huius inſu
læ meminit ẽt Ouidius ĩ met. dicens. Et iã
iunonia leua Parte ſamos fuerat. Naxos:

Naxos:

naxos una eſt ex cicladibus. de qua Virgi
lius. Bacchatamq; iugis Naxon. Et paros:

paros

Paros quoq; inter cyclades ponĩẽ: marmo
re nobilis. Prĩo platea. poſtea minoida uo

Delos:

cata. Et clario delos. Delos cicladũ eſt lon
ge clariſſima: natali: & templo apollinis:
& mercatu celebrata. Clario deo: apolli
ni dicto uel a clario oppido in cõfinio co

Clarius deus: Lebynthos: calydne

lophoniorũ: uel a claro cycladum una ubi
colebatur. Dextra lebinthos erat. Lebyn
thos quoq; una eſt ex cicladibus. Vmbro
ſa calydne. Calydne inſula a ſtrabone po
nitur iter Sporades: quãuis ſcribat plæroſ
q; aſſerere duas eſſe calidnas Leram. ſ. atq;
calimnã: ĩ ea idem ſcribit mel naſci: quod
reliquũ antecellit: Ouidius in met. fœcun
daq; melle calimnos. Cictaq; piſcoſis aſti

Aſtiphalea.

phalea: Aſtyphalæa inſula eſt Sporadum
una: unã habens ciuitatẽ hæc ad enidiam
orã ꝓtẽditur. longa. ſublimis. anguſta. cir
cuitum ad quadragena & centena cõplec
tens ſtadia: cui & ſtatõ nauiũ adeſt: auctor
ſtrabo: Vadis piſcoſis piſcibus plenis: ſic
alibi Ouidius enidon illi uicinũ piſcoſã ap
pellauit. Deſeruitq; patrem. uiã. quã tene
bat pater reliquit. Deo propiore: ſole uici

Icarium mare Magica uanitas:

no. Non iam pater. quia erat ſine filio. Ae
quora nomẽ habent. ab icaro enĩ icarium
Mare appellatũ fuit: q̃uis plinius ab Icaro
inſula nomẽ datũ uelit. Deũ uolucrẽ: cupi
dinẽ alatũ. Fallitur Aemonias. Magicam
uanitatẽ ĩ perſide a zoroaſtre ortã ſcribit
Plinius: tũ deinde tranſiſſe ad theſſalas ur
bes. quarũ cognomen diu optinuit in no
ſtro orbe alienæ gentis: unde Menander
quoq; Theſſalã cognominauit Fabulam:
cõplexam ambages fœminarũ lunã detra
hentiũ. Docet ẽt Apuleius in met. cã artẽ

Aemõia

in theſſalia præpotentẽ fuiſſe. Ad æmoni
as: artes ad artes magicas. quæ amori ni
hil conferũt: Aemonia. n. theſſalia cogno
minata eſt ab Aemone Deucalionis filio.

Me pennis ſectare datis: ego præuius ibo.
Sit ibi cura ſequi: me duce tutus eris.
Nã ſiue æthereas uicino ſole per auras
Ibimus: impatiens cæra caloris erit.
Siue humiles propiore freto iactabimus alas:
Mobilis æquoreis penna madeſcet aquis.
Inter utrũq; uola: uentos quoq; nate caueto.
Quaq; ferent auræ: uela ſecũda dato.
Dũ monet aptat opus puero. mõſtratq; moueri
Erudit infirmas ut ſua mater aues.
Inde ſibi factas humeris accommodat alas:
Perque nouum timide corpora librat iter.
Iamq; uolaturus paruo dedit oſcula nato.
Nec patriæ lachrymas continuere genæ.
Monte minor collis campis erat altior æquis.
Hinc data ſunt miſeræ corpora bina fugæ
Et mouet ipſe ſuas: & nati reſpicit alas:
Dædalus & curſus ſuſtinet uſq; ſuos.
Iamq; nouum delectat inter poſitoſq; timore
Icarus audaci fortius arte uolat.
Hos aliquis tremula dum captat arũdine piſces
Vidit: & incœptum dextra reliquit opus.
Iam ſamos a leua fuerat: naxoſq; relictæ:
Et paros: & clario delos amata deo.
Dextra lebynthos erat: ſiluiſq; ũbroſa calydne:
Cinctaq; piſcoſis aſtyphalæa uadis:
Quum puer incautis nimium temeraius annis
Altius ægit iter: deſeruitq; patrem.
Vincula labant: & cæra deo propiore liqueſcit:
Nec tenues uenti brachia mota tenent.
Territus a ſummo deſpexit in æquora cælo:
Nox oculis pauido uenit aborta metu.
Tabuerant ceræ: nudos quatit ille lacertos:
Et trepidat: nec quo ſuſtineatur habet.
Decidit: atq; cadens pater o pater auferor iquit
Clauſerunt uirides ora Loquentis aquæ.
At pater infœlix: non iam pater, icare clamat:
Icare clamat ubi es: quoue ſub axe uolas:
Icare clamabat: pennas aſpexit in undis.
Oſſa tegit tellus: æquora nomen habent:



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Hippo- manes A teneri fronte reuellit equi. Carūculā intelligit: quæ naſcit̃ in frōte pulli: de qua plinius hæc. Et ſa
ne equis inaſci amoris ueneficiū Hippomanes appellatū ī frōte: caricæ magnitudine: color̃ nigro: qd
ſtatī edito ꝑtu deuorat fœta: aut partū ad ubera nō admittit: ſi quis ꝑreptū habeat: olfatu in rabiē id
genus agit. Medeides herbæ: ueneficæ herbæ: quibus utebatur medea: has ēt hecateides ab hecate ap
pellauit Ouidius in met. Vt uiuat amor: ut diutius duret. Marſa uenena: herbarū ſuccos dicit aut car-
mina: quibus marſi utebantur. Ouidius de medicamine faciei: ſi mō his liber eſt Ouidii. Nec mediæ
Marſis findant̃ cantibus angues: aut certe
ſerpentes dicit a marſis domitos: quorum
mēbrana in ueneficiis miſcebat̃: Ouidius
Marſi ī met. nec defuit illi Squamea cyniphei te
nuis membrana chelidri: Marſi āt populi
fuere in Italia Albæ finitimi ꝓpe Fucinū
lacum ut docet ſtrabo: dicti a circes filio.
Marſo. ut plinius ſcribit: uel a marſia phry
gio: ut filius uoluit. Hi erant terrori ſerpē
tibus: tactu ipſo leuant percuſſos ſuctu ue
medico. Gellius ēt ſcribit marſorum gen
ti datū eſſe: ut ſerpentiū uirulentorū domi
tores ſint & incātationibus herbarūq; ſuc
cis faciāt miracula medelarū: de marſis Si
lius ī octauo ita ſcribit. At marſia pubes.
Et bellare manu: & chelidris cantare ſopo
rem uipereūq; herbis hebetare: & carmīe
dentē. Aeetæ ꝓlē angitiā mala gramina
primā mōſtrauiſſe ferunt: tactuq; domare
uenena. Et lunā excuſiſſe polo: ſtridorib⁹
amnē Frenantē: ac ſiluis montem undiſſe
uocatis. Sed populis nomē poſuit metuē
tior hoſpes. Quū fugeret phrigios trans
æquora marſia crenos migdoniā phœbi

Non potuit minos hominis compeſcere pennaſ
Ipſe deum uolucrem detinuiſſe paro.
Fallitur: æmonias ſi quis decurrit ad artes.
Datq; quod a teneri fronte reuelit equi:
Non facient ut uiuat amor medeides herbæ:
Miſtaq; cum magicis marſa uenena ſonis.
Phaſias æſonidem: circe tenuiſſet ulyſſem:
Si modo ſeruari carmine poſſet amor.
Nec data profuerint pallentia philtra puelis:
Philtra nocent animis: uimq; furoris habent.
Sit ꝓcul omne nephas: ut ameris: amabilis eſto
Quod tibi non facies ſola ue forma dabit.
Sit licet antiquo nereus adamatuſ homero
Naiadumq; tener crimine raptus hylas:
Vt dominā teneas: nec te mirere relictum:
Ingenii dotes corporis adde bonis.

Phaſias. phaſis: ſuperatus pectine loton. Cum magicis ſonis: cum carminibus magicis. Phaſias æſonidem. Exemplis
agit nō poſſe magicis carminibus amorem conciliari: phaſias autem medea appellatur a phaſi colcho
rum fluuio. Lucanus. Colchorū qui rura ſecat ditiſſima phaſis. Aeſonidem. Iaſonem æſonis filium: Is
enim Medeæ opera æetæ regis filiæ rapto aureo uellere: & ea in uxorem ducta: in theſſaliam rediit.
Mox cū ea ad creontē corinthiorū regē diuertit: cuius filiā creuſā: quā Diodorus Glaucē appellat: du
xit uxorē repudiata medea: ut in. v. Diodorus elegātiſſime docet. Circe tenuiſſet ulyſſem: Sol (ut dio
dorus refert) duos ꝓcreauit pueros Aeetā & perſem: e pſe nata eſt Hecate: quæ pria aconitū inuenit:
Hecate. Circe patrē ueneno ſuſtulit: nupſit primū æetæ patruo: genuitq; liberos tres: Circē. Medeā: & ægialeū. Dei
de ſarmatarū regi quē ueneno abſumpſit: & quū ſubditos uexaret: expulſa ī italiā uenit: inq; eo ꝓmon
torio qd ab ea circeū dictū eſt: reſedit: Poetæ tñ dicūt circen ex ſole & pſa oceani filia ortā: q (ut Oui-
dius ſcribit in met.) quū ad ſe ueniſſet ulyſſes: oēs eius ſocios mutauit ī feras. Sed uliſſes ſolus a Mercu
rio doctus: euaſit. In obſcœno carmine legimus circē ab Vliſſe abſtinuiſſe ob mentulæ craſſitudinē: q
delectabat̃: is eā poſtea uxorē duxit: & in eius gratiā ſocios oēs reformauit: & ānuo ſpatio cū ea mora
tus diſceſſit: nō ſine magno circes dolore. Carmine incātatione. Virgilius carminib⁹ circe ſocios mu
philtra tauit Vlyſſis. Philtra pallētia: quæ reddūt hoīes pallidos: philtra. n. pocula & uenena ſūt: quæ amo
rē īgerūt: Apuleius ī magia. philtra oīa undiq; eruūt: & Iuuenalis: hic theſſala uēdit. philtra: quib⁹ ua
Nireus. leat mentem uexare mariti: Quod tibi: ut ameris. Sit licet antiquo Nireus: Nireus charopei filius &
Aglees ex Sime inſula tribus nauibus ad bellū Troianū ꝓfectus oīum pulcherrimus fuiſſe ſcribit̃ ab
Homero ī ſecūdo iliados: ꝑter Achillē: de eo Diodorus quoq; ita ſcribit. In Sime poſtmodum regna
uit addita cnidiæ ꝑte Nereus charopi atq; Aglaiæ filius ſpecioſus admodū: q cū Agamēnone ad tro
iā ꝓfectus ē: Proptius. Nirea nō facies. quis ſit cādida cœpit: & Hora. Qualis aut nire⁹ fuit aut aquo
ſa raptus ab ida. Antiquo Homero. ueteri: nā (ut ex plutarcho diſcit̃) quidā eū dicunt fuiſſe belli tro
iani tpe: eiuſdēq; ſpectatorem: ut nō īmerito ab eo amari potuerit nireus: Gelius tñ ſcribit homerū ui
Hilas xiſſe annis plus. c. atq;. lx. poſt bellū troianum. Hilas teher;. Quum hercules ꝑ driopas iter faceret: a
Thiodamāte: quē arantē inuenerat: cibū petiit: ſed quū ille hoc negaret: Hercules bouē ab aratro de
ductū mactauit: unde inter eos pugna orta. Thiodamas periit. Tū hilam eius filiū Hercules abduxit:
qui a patre Thiodamantheus dicit̃ a ꝓpertio: ſed quū argonautæ ī bithiniā ueniſſent: hilas ab hercu
le aquatum miſſus: a nimphis ob eius pulchritudinē raptus dicit̃. Iuuenalis. Et multum quæſitus hilas
urnāq; ſecurus. Flaccus tamen in argonauticis ſcribit hylā dum ceruum a Iunone īmiſſum inſequitur



ad fontē ꝑueniſſe: in quo dū ſe abluit: a nimpha Driope raptus fuit. Crimine naiadū. nympharū amo
re: uel certe inſidiis nimpharū a quibus captus eſt. Corpus arent: quaſi ſulcos ducant in corpore. Per
artes ingenuas: per artes liberales: ſunt aūt ingenuæ artes: diſciplinæ: quæ ingenuis hominibus inge
nueq; educatis dignæ ſunt: ſic eni & in oratore Cicero eas appellat: Hæ quoq; liberales dicunt̃: qa ho Ingēuæ Artes: uel libe- rales.
mine libero dignæ ſunt: ut docet ſeneca. Duas linguas: Græcā & latinā: qd ēt Fabius ꝑcipit: Torſit
amor: cruciauit. Aequoreas deas. Calipſo (ut Heſiodus ſcribit) nimpha fuit oceani & tethios filia:

Forma bonū fragile ē: quātūq; accedit ad ānnoſ
Fit minor. & ſpacio carpitur illa ſuo:
Nec ſemper uiolæ. nec ſemper lilia florent
Et riget amiſſa ſpina relicta roſa.
Et tibi iam uenient cani formoſe capilli.
Iam uenient rugæ: quæ tibi corpus arent:
Iam molire animum qui duret: & aſtrue formā.
Solus ad extremos permanet ille rogos.
Nec leuis ingenuas pectus coluiſſe per artes
Cura ſit: & linguas edidiciſſe duas.
Non formoſus erat: ſed erat facundus ulyſſes:
Et tamen æquoreas torſit amore deas.
Ah quotiens illum doluit properaſſe calypſo:
Remigioq; aptas eſſe negauit aquas.
Hæc troiæ caſus iterūq;: iterumq; rogabat.
Ille referre aliter ſæpe ſolebat idem.
Littore conſtiterant illic quoq; pulchra calypſo
Exigit odryſi facta cruenta ducis.
Ille leui uirga (uirgam nam forte tenebat)
Quod rogat: in ſpiſſo littore pingit opus.
Hic inquit troia eſt: muros in littore fecit.
Hic tibi ſit ſimois: hæc mea caſtra puta.
Campus erat (campum fecit quē cæde dolonis
Sparſimus: æmonios dum uigil optat equos:
Illic ſithonii fuerant tentoria rheſi.
Hac ego ſum captis nocte reuectus equis.
Pluraq; pingebat: ſubituſ quū pergama fluctuſ
Abſtulit. & rheſi quum duce caſtra ſuo.
Tum dea quas inquit fidaſ tibi credis ituro?
Perdiderint undæ nomina quanta uides?
Ergo age fallaci timidæ confide figuræ
Quiſquis es: atq; aliquid corpore pluris habe:
Dextera præcipue capit indulgentia mentes.
Aſperitas odiū: ſæuaq; bella mouet.
Odimus accipitrem: quia uiuit ſemper ī armis:
Et pauidum ſolitos in pecus ire lupos.
At caret inſidiis hominū quia mitis hirundo eſt.
Quaſq; colat turres chaonis ales habet.
Eſte procul lites: & amaræ prælia linguæ.
Dulcibus eſt uerbis mollis alenduſ amor:

Homerus tamen eā Atlantis filiam fuiſſe
ſcribit. Sic etiā ex noſtris Tibullus. Non Calipſo
amor & fœcunda atlantidos ora calipſus:
& in obſcœno carmine: Hic legimus cir-
cem. Atlantiadēq; calipſo. Et habitauit in
mari africo. iuxta ioniū uerſus ſirtes calip
ſon inſulā quā Homerus ogygiā appellat
ad quā naufragus uliſſes ſociis tempeſtate Caliſos Inſula.
amiſſis: relicta circe peruenit: eamq; illius
amore captam: ſibi ita arcte cōciliauit: ut
īmortalitatem polliceretur: ſi uellet ſecum
ꝑmanere. Sed poſt ſeptimū annum diſceſ
ſit iouis īperio nō ſine multis lachrimis ip
ſius nymphæ: dicente propertio. At non
ſic ithaci digreſſu mota calipſo Deſertis
olim fleuerat æquoribus. Multos illa dies
incomptis mœſta capillis Sederat iniuſto
multa locuta ſalo. Ducis odryſii: Rheſi re
gis thraciæ. Odriſiū aūt eum appellat ab Odriſa- rum Gens
odriſarum gente: quā in thracia fuiſſe Pli
nius docet. Martialis: Quatenus odriſios
iam nox romana triumphos: Rheſus aūt
rex thraciæ Eronei filius fuit: qui cū candi
diſſimis & ꝑniciſſimis equis & curru auro Rheſus Rex traciæ
argentoq; ornatiſſimo in auxiliū troiano
rū uenerat: ſed nuctu a Diomede: & uliſſe
īterfectus eſt: & equi abducti fuere. ut Ho
merus in. x. iliados oſtēdit. Virgilius: Nec
ꝓcul hinc rheſi niueis tentoria uelis agno
ſcit lachrimās: primo quæ ꝓdita ſono Ti
dides multa uaſtabat cede cruentus Ardē
teſq; auertit equos ī caſtra: priuſq̄ pabula Simois:
guſtaſſent troiæ xanthumq; bibiſſent. Si
mois. Simois fluui⁹ ē iuxta troiā ex ida de Dolon
currens. facit gtm̃ ſimeontis Virgilius xā
thū ſimeontaq; teſtor. Cede dolonis. Do
lon (ut in. x. iliados ſcribit Homerus) Eu
medis fili⁹ a troianis miſſus ſpeculator ad
græcorū caſtra pactus pro remuneratiōe
Achillis equos: in Diomedē & ulyſſe inci
dit: qui ſpeculatū quoq; ierant ad troiāos:
Illi ꝓmiſſa ei impunitate. troianorū conſi
lia ab eo didicere: inter cætera facti certio
res de aduentu rheſi: dolonem interficiūt.
thracū caſtra aggrediuntur: equi inde ab-
ducti ſunt. Aemonios equos. equos achil
lis ex pthia urbe theſſaliæ: Ouidius ī ſecū
do triſtiū. Non foret Eumedes orbus ſi fi Sithon
lius eius Stultus Achilleos nō adamaſſet
equos. Sithonii. threicii. Nam (ut Gelius
ſcribit) Thracia ſithon prius dicebat̃ He
rodotus in. vii. Olynthū regionē poſtea
Sithoniā appellatā fuiſſe aſſerit. Sublitus

fluctus:ſubito & ſtatim ortus. Abſtulit ꝑ gama uaſtauit pergama in littore deſignata. Tum dea:caliſpo. Timide confide.timidius ſpem pones in pulchritudine tua. Indulgentia dextera.obſequioſa & propitia. Capit mentes: Allicit puellas. Aſperitas:ea eſt indulgentiæ cõtraria. In armis in ꝑliis & raptu. In pauidũ pecus:in oues & agnos. Turres.colũbaria periſteriones. Chaonis ales.columba epirotica. ſpecies pro genere. Chaonia pars eſt epiri a chaone troiano appellata:ut uoluit Maro: illic erat templũ iouis Dodonei:quod(ut ſtrabo ſcribit)monti Tomaro ſubiectum pelaſgi condidere:ubi columbæ humana uoce dabant reſponſa. Quas colat.propter eius manſuetudinẽ. Amaræ linguæ.aſperæ & contumelioſæ. Lite fugãt:uxores de dote cũ maritis contendant:nõ amantes. inter quos hæc inimicitiarum cauſa minime intercedit. Rem ſibi ſemp agi. Signato uerbis uſus eſt:qbus in diuortiis utebantur. Dicebãt enim tuas res tibi habeto: tuas res agito:unde apud apuleium cupido ita pſychem alloquitur. Confeſtim thoro meo diuorte:tibiq; res tuas habeto. Aliter uero dixit Martialis criſpulũ agere res uxoris. Sones optatos. Placida uerba. Nõ legis iuſſu:non iugali lege. Quã multos dies.quia excluſit me amica. Et cauſas qcquid amoris habet.ordo eſt:qcquid amoris habet cauſas.ſ.ioci ſubaudi ſit. Domat cicures facit. Tumidoſq; leones. ſupbos: gerunt enim ſpiritus maxime generoſos adeo:ut uenantũ & canũ ui urgente contemptim cedant in cãpis:& ubi uideri poſſunt.ſed ubi uirgulta ſiluaſq; penetrauerit acerrimo curſu feruntur.uelut deputantes abſconſionem turpitudinem. Primus aũt Hanno e clariſſimis pœnorũ leonem mãſuefacere auſus eſt. Damnatuſq; illo argumento:quoniã uiro tam artificis ingenii nõ tuto libertas crederetur cui ceſſiſſet ẽt feritas. Quid fuit aſperius.idem ẽt inquit propertius. Mimalion nullos fugiẽdo tulle labores. Sæuitiam duræ cõtudit iaſidos Nonacrina atalanta.atalanta archadica. a Nonacri urbe appellata: Duas ãt Atalãtas fuiſſe legimus. Altera nobilis curſu: altera uero arcadica:de qua nunc Ouidius ĩtelligit:ex qua natus eſt parthenopæus: hanc amauit hilæus.& mimalion: qui obſequiis tandem puella potitus eſt. ut docet Propertius. Notior alter erat arcus cupidinis. Numeros eburnos. Teſſaras.quæ alio nomine quadrantalia græce uero cubos appellamus. Tu male iactato:ut te uincat amica. Tu bene iacta dato: concedito illi puncta meliora.

chaonia Iuppiter Dodoneus.

Verba quibus ĩ diuortiis [u]tebant

Leones.

Nonacris

Atlante duæ

Teſſaiæ Quadrãtalia Cubi

Lite fugant nuptæq; uiros:nuptaſque mariti
Inque uicem credunt rem ſibi ſemper agi.
Hoc decet uxores:dos eſt uxoria lites:
Audiat optatos ſemper amica ſonos.
Non legis iuſſu lectum ueniſtis in unum
Fungitur in uobis munere legis amor.
Blanditias molles aureſq; iuuantia uerba
Affer ut aduentu leta ſit ipſa tuo.
Non ego diuitibus uenio præceptor amandi.
Nil opus eſt illi:qui dabit:arte mea.
Secũ habet ingeniũ:qui:quũ libet:accipe dicit:
Cedimus:in uentis plus ualet iſta meis.
Pauperibus uates ego ſum:quia pauper amaui.
Quum dare nõ poſſem munera:uerba dabã:
Pauper amet caute:timeat maledicere pauper
Multaq; diuitibus non patienda ferat.
Me memini iratum dominæ turbaſſe capillos
Hei mihi quam multos abſtulit ira dies:
Nec puto nec ſenſi tunicam laniaſſe:ſed illa
Dixerat:& pretio eſt ipſa redempta meo.
At uos:ſi ſapitis:ueſtri peccata magiſtri
Effugite:& culpæ damna timete meæ.
Prælia cum parthis:cum culta pax ſit amica:
Et iocus:& cauſas quicquid amoris habet.
Si nec blanda ſatis:nec erit tibi comis amica.
Perfer:& obdura:poſt modo mitis erit.
Flectitur obſequio curuatus ab arbore ramus
Franges:ſi uires experiere tuas.
Obſequio tranantur aquæ:nec uincere poſſis
Flumina ſi contra:quam rapit unda nates.
Obſequium tigreſque domat:tumidoſq; leones
Ruſtica paulatim taurus aratra ſubit.
Quid fuit aſperius nonacrina atalanta?
Succubuit meritis trux tamen illa uiri
Sæpe ſuos caſus:nec mitia facta puellæ
Fleſſe ſub arboribus mimaliona ferunt.
Sæpe tulit iuſſo fallentia ræatia collo.
Sæpe fera toruos cuſpide fixit apros.
Senſit & hylæi cõtentum ſaucius arcum:
Sed tamen hoc arcu notior alter erat.
Non te mænalias armatum ſcandere ſiluas:
Nec iubeo collo ræatia ferre tuo.
Corpora nec miſſis iubeo præbere ſagittis:
Artis erunt cautæ mollia iuſſa meæ.
Cæde repugnanti:cædendo uictor abibis
Fac modo quas partes illa iubebit:agas



Seu Iacies talos. Talus rectus eſt in articulo pedis.uentre eminẽs.in uertebra ligatus.ut Plinius docet:quo ueteres in ludendo uſi ſunt:hunc græci Aſtragalum appellant:& Aſtragalizontes dicuntur a plinio talis ludentes. Talorum aũt inuentorem Plato in phedro theuth priſcorũ quendam deorum ægiptiorũ fuiſſe ſcribit his uerbis. Demoni ãt ipſi nomen Theuth:hunc primũ numerũ:& cõputationem ĩueniſſe numerorũ.geometriamq;:& Aſtronomiã. Talorũ rurſus.alearumq; ludos:& litteras audiui. Herodotus uero in primo docet Lydos primos nummũ aureũ:argenteũq; ad utendũ ꝑcuſiſſe:ac ẽt primos caupones inſtitoreſq; extitiſſe: eoſdemq; excogitaſſe aleæ Teſſerarũq; ludum:& pilæ:& cætera genera luſoria ꝓter q̃ talaria. Ne pœna ſequat̃.ne doleat amica ſe eſſe a te ſuperatã. Dãnoſi facito.in talis lat⁹ quod unitatẽ ſignificat Canis:ſiue canicula dicebatur: & ſemp iacturã afferebat. Perſius. Scire erat in uoto dãnoſa canicula q̃tum Raderet. Erat ꝓterea in talis Venus:ſiue cous:& numerũ ſeptenariũ cõtinebat Alia duo latera chius:& Senio dicebantur:ternariũ ille:hic quaternariũ numerũ cõplectebat̃:hic ludus nũc in deſuetudinẽ abiit. Siue latrocinii ſub imagine calculus. Calculus is ẽ:q ẽt latro: ſiue ꝑ diminutionẽ latrũculus appellat̃ uulgo ſchacũ dicim⁹. Martialis:Hic mihi biſſeno numerat̃ Teſſara pũcto Calculus: hic gemino diſcolor hoſte perit. ſub imagine latrocinii.ſub forma rapiendi & occidendi militis tui:nã q ludunt calculis:inſidiant̃ ſemper colluſoribus:& is ludus ẽ quaſi pugnæ cuiuſdã ſimulachrũ. Tuus miles: tuus calculus.qui in eo certamine militis partes agit. Calculi.n.duas in partes diuiſi ſunt: & alii milites:alii hoſtes dicunt̃. Fac pereat:capiatur.tunc.n.dicit̃ perire. Ab hoſte uitreo. Ab hoſtili calculo. qui ex uitro cõſtabat. Vmbracula. Vmbraculum uel umbella ab umbra deducit̃. Eſt aũt capitis tegmẽtũ aduerſus ſolẽ. Martialis. Accipe q̃ nimios uicũt ũbracula ſoles. Sit licet & uẽtus te tua uela tegẽt. Diſticta:diuiſa.alii legũt diſtẽta.i.lata. Suis uirgis.uel calamis uel pẽnis ex qb⁹ fiũt umbracula:aut certe uelũ ab amãte uirgis latius ſuſtentandũ eſſe admonet. Deme ſoleã:oĩa quibus plantarũ calces tm̃ in fine tegunt̃.cætera ꝓpe nuda ac teretibus habenis iuncta ſunt ſoleas appellari ſcribit Gelius:crepidulas uero uoce græca Ille fatigatæ:ordo eſt ille qui meruit cœlũ &c.creditur tenuiſſe calathũ. Deſignat aũt Herculem:qui(ut Diodorus ſcribit)quũ Iphitum ex turri tirynthia ꝓcipitaſſet:& purgari mox uellet:uendiq; oporteret ex oraculo Apollinis:ut eo præcio iphiti liberis ſatiſfaceret Omphalæ reginæ lydorũ uenditus regionem latronibus purgauit. Demũ ſeruitio liberatus:ex Omphale Lamũ filiũ ſuſtulit:cui ita indulſit ut oĩa faceret:quæ illa imperaſſet:unde Terentius in eunucho ait. Qui minus huic: q̃ Hercules ſeruiuit omphalæ. Fatigatæ nouercæ:Iunonis iã defeſſæ imperãdo tam multa. Virgilius.ut duros mille labores Rege ſub euriſtheo fatis iunõis iniquæ Pertulerit. Meruit cœlũ.& ꝓpter uirtutẽ:& quia erat filius iouis: Virgilius: aut ardens euexit ad æthera uirtus. Diis geniti potuere: Quod prior ipſe tulit Hercules cœlũ ab atlante ſuſceptũ ſuſtinuit:quod ideo fingit̃(ut Seruius ſcribit)quoniã Atlas ei tradidit cœli ſcientiã:conſtat enim Herculẽ fuiſſe philoſophũ:unde nõ ĩmerito tot monſtra dicit̃ uiciſſe: Diodorus ſcribit latrones quoſdã atlãtis filias rapuiſſe:eoſq; ab Hercule fuiſſe interfectos:puellas uero herculẽ Atlanti patri reſtituiſſe.quo beneficio atlas nõ ſolũ dignis facto muneribus donauit herculẽ:ſed aſtrologiã inſup docuit:in qua quũ opam curãq; impendiſſet ꝓcipua:ob ſpam aſtrorũ a ſe in uentã:orbẽ ſuis fere humeris exiſtimatus ẽ:Hercules quoq; quũ ſpærã ad græcos tranſtuliſſet:magna eſt gloria potitus exiſtimantibus eũ oĩb⁹ atlãtico orbi ſucceſſiſſe:inter ionicas puellas:inter puellas meonias:ionia pars eſt minors aſiæ. Meonia. Lydia. Ionia.ita iunguntur.ut uix aſſignari poſſint limites auctore Strabone.unde poetæ hæc noĩa ſæpe cõfundunt. Tenuiſſe calathũ.nã apud Ompha

Arguet.arguito.quicquid probat illa:probato
Quod dicit.dicas.quod negat illa:neges.
Riſerit:arride.ſi fleuerit:flere memento
Imponat leges uultibus illa tuis.
Seu ludet:numeroſq; manu iactabit eburnos
Tu male iactato:tu bene iacta dato:
Seu iacies talos:uictam ne pœna ſequatur:
Damnoſi facito ſtent tibi ſæpe canes
Siue latrocinii ſub imagine calculus ibit
Fac pereat uitreo miles ab hoſte tuus:
Ipſe tene diſtinta tuis umbracula uirgis.
Ipſe face in turba:qua uenit illa locum.
Nec dubita tereti ſcamnũ producere lecto.
Et tenero ſoleam deme:uel adde pedi.
Sæpe etiam dominæ quanuis horrebis & ipſe
Algentis manus eſt calfacienda ſinu.
Nec tibi turpe puta quanuis ſit turpe:placebit
Ingenua ſpeculum ſuſtinuiſſe manu.
Ille:fatigatæ per dendo monſtra nouercæ.
Qui meruit cælum:quod prior ipſe tulit:
Ionicas inter calathum tenuiſſe puellas
Creditur:& lanas excoluiſſe rudes.

Talus Aſtragalus Aſtragalizõtes. Talorũ inuẽtor: Lydorũ inuenta

Canis.

Venus uel Cous chius: ſenio

Calcul⁹ ſeu latro

Vmbraculũ ſeu umbella

Seleæ ſeu crepidulæ

Hercules uẽditus: ſeruiuit.

Hercules cœlũ ſuſtinuit

Ionia Meonia Lydia.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

lem pro ancilla ſeruiuit:& clauam:leonis pellem.arcum:ſagittaſq; conceſſit ompalæ:ipſe uero moni lia.gēmas:mitram.zonã:cæteraq; mulierum geſtamia ſumpſit:neuitq; ēt iterdũ: Tirynthius:Hercu les a tiryntho oppido appellat⁹ ex quo poſtea Euryſtheus illũ ueluti ſibi inſidiãtē eiecit cum matre alc mena. Adeſſe foro:ut eius cauſam tuearis in iudicio. Oĩa differ:peculiaria negocia in aliud tp̄s per mitte. Nec in cæptum.uide ne occurſu alicuius ĩpediatur officiũ tuũ erga amicã:Epulis perfuncta: cœnata. Si rota.ſi currus.Graue tēpus:grauis cœli tēperies:deſignat aũt frigus. Sitiens ue canicula

Paruit imperio dominæ tirynthiuſheros.
I'nunc & dubita ferre:quod ipſe tulit.
Iuſſus adeſſe foro:iuſſa maturius hora
Fac ſemper uenias.nec niſi ſerus abi:
Occurras aliquo tibi dixerit omnia differ.
Curre.nec incæptum turba moretur iter.
Nocte domum repetēs epuliſ perfuncta redibit
Tunc quoq; pro ſeruo.ſi uocat:illa ueni.
Rure erit:& dicet uenias:amor odit inertes:
Si rota defuerit tu pede carpe uiam.
Nec graue te tēpus:ſitiens ue canicula tardet
Nec uia per iactas candida facta niueſ.
Militiæ ſpecies amor eſt.diſcedite ſegnes.
Non ſunt hæc timidis ſigna tuenda uiris.
Nox & hyems:longeq; uiæ:ſæuiq; labores
Mollibus his caſtris & dolor omnis adeſt.
Sæpe feres imbrem cœleſti nube ſotutum.
Frigidus in nuda ſæpe iacebis humo:
Cynthius admeti uaccas pauiſſe pheræas
Fertur & in parua delituiſſe caſa
Quod phœbũ decuit quē nõ decet? exue faſt⁹
Curam manſuri quiſquis amoris habes.
Si tibi per tutum placitumq; negabitur ire:
Atq; erit oppoſita ianua fulta fera:
At ut per præceps tecto delabere aperto.
Det quoq; furtiuas'alta feneſtra uias.
Læta erit:ut cauſam tibi ſe ſciet eſſe pericli.
Hoc dominæ certi pignus amoris erit.
Sæpe tua poteras læandre carere puella
Tranabas:animum noſſet ut illa tuum.
Nec pudor.ancillas.ut quæq; erit ordine prima
Nec tibi ſit ſeruos demeruiſſe pudor.
Nomine quenq; ſuo:nulla eſt iactura:ſoluta.
Iunge tuas humiles ambitioſe preces:
Sed tamen & ſeruo leuiſ eſt impenſa:roganti
Porrige fortunæ munera parua tuæ.
Porrige & ancillæ:quæ pœnas luce pependit:

Icarus(ut higynius tradit)canē hũit no mine Mæra:qui poſt caſũ Erigones ei⁹ fi liæ a ioue ĩter ſydera collocatus ſua appel latione & ſpecie canis ſiue Canicula eſt ap latus:a græcis Procion dicitur.ꝙ añ maio rem canē oriat̄:apparet aũt canicula:(ut docet Columella)ſeptimo calēdas augu ſtas:idē ſcribit idib⁹ Iuliis ꝓciona ex oriri mane:& tēpeſtatē ſignificare. Ouidius in .y.faſtorũ canem oriri ſcribit nocte:ꝗ ꝓce dit diem.xii.calendarũ iuniarũ.oriens aũt cum leone.æſtu oĩa urit. Huius ſideriſ effe ctus ampliſſimi in terra ſentiunt̄:nam(ut Plinius docet)feruent maria.fluctuant in cellis uina.Mouentur ſtagna: canes in ra biem agunt̄.Ouidius ĩ faſtis. Eſt canis ica riũ dicunt:quo ſidere moto Tota ſitit tel lus præripiturq; ſeges.Scribit ēt Plinius ĩ .xyiii.ꝓciona apud romanos nomē nõ ha bere:niſi caniculam:hoc eſt minorem ca nē uelimus intelligi. Mollibus his caſtris in quibus mollis appetitur uoluptas.Cyn thius admeti. Apollinis exemplo amato rem quoq; dicit debere omnia perferre. ut amica potiatur.Apollo(ut ſerui⁹ ſcribit) ob occiſos cyclopas ſpoliatus diuinitate. Admeti regis theſſaliæ nouē annis pauit armenta:quod ideo fingitur.quoniam(ut Macrobius ſcribit)ſol paſcit oĩa quæ ter ra progenerat:unde nõ unius generis:ſed omniũ pecorũ paſtor canitor:paſtor autē apollo amauit iſſen Macarei filiã. Ouidi⁹ in met. Vt paſtor machareida luſerit iſſen amauit quoq; œnonem nymphã dicente pſa apud Ouidium.Ipſe repertor opis uac cas pauiſſe pheteas Fertur:& e noſtro ſau cius igne fuit. Amauit etiã(ut alii uolũt) Alceſtem peliæ filiam:& uxorem admeti regis:quã rem hic Ouidius ſignificare ui detur. Pheræas. Theſſalas. Pheræ enim oppidum eſt theſſaliæ pelaſgicorum cam porum terminus:ut Strabo docet. Exue faſtus. Pone ſuperbiam. Tecto delabe re aperto:inuenias uiam per tegulas. Al ta feneſtra:per feneſtram etiam ingredere

Vt cauſam tibi ſe ſciet eſſe pericli:quũ acceperit te eius cauſa periculum adiſſe.

Sæpe tua poteras. Leandrum ſæpenu mero adiſſe mortis periculum cõſtat: quo ſe fidum amicæ oſtenderet: quũ ea potuiſ ſet carere:nota eſt Fabula. Demeruiſſe: be neficio aliquo conciliaſſe. Sed tamen & ſeruo. Seruus amicæ aliquid ēt dandũ eſſe dicit. Porrige & an

Mæra.

Canicu la græce Prociõ.

Canicu læ effec tus.

Apollo ſeruiuit.

Pheræ



cillæ:ordo eſt. Porrige & manus ancillæ.quæ gellica luſa maritali ueſte luce pependit pœnas. Porri ge & manus ancillæ:dona etiam aliquid ancillæ. Aliter uero ſcãdēti manũ dicimur porrigere: Quæ gallica:quæ ancilla ex gente galliæ:Luſa maritali ueſte:decepta ueſte mariti:credens.n. ancilla adul terũ introducere nocte ad dominã:inſciens maritũ alia ueſte indutũ:ut fidē uxoris experiet̄:recæpit id quod etiã cephalũ feciſſe ſcribit Ouidius ĩ met. Luce pepēdit pœnas:qa quũ maritus deprehendiſ ſet eam eſſe uxoris lenã:mane illã pulſauit. Ianitor: Ianitor eſt q Ianuæ præficitur. Tibullus. Et ſedeo

Luſa maritali gallica ueſte manus.
Fac plebem(mihi crede)tuã:aſit ſemper in illa
Ianitor:& thalami qui iacet ante fores.
Nec dominam iubeo præcioſo munere dones
Parua:ſed e paruis callidus apta dato.
Dũ bene diues ager:dum rami pondere nutãt:
Afferat in calatho ruſtica dona puer.
Rure ſuburbano poteris tibi dicere miſſa:
Illa uel in ſacra ſint licet empta uia.
Afferat aut uuas:aut:quas amaryllis amabat.
Et nunc caſtaneas.nunc amat illa nuceſ:
Quinetiam turdoq; licet:miſſaq; corona
Te memorem dominæ teſtificere tuæ
Turpiter his emit̄ ſpes mortis:& orba ſenect⁹
Ah pereant:per quos munera crimen habent.
Quid tibi p̄cipiã teneros quoq; mittere uerſus
Hei mihi non multum carmen horis habet.
Carmina laudantur ſed munera magna petunt̄
Dum modo ſit diues barbarus ille placet.
Aurea ſunt uere nunc ſæcula:plurimus auro.
Venit honos:auro conciliatur amor.
Ipſe licet uenias muſis comitatus homere:
Si nihil attuleris:ibis homere foras.
Sunt tamen:& doctæ rariſſima turba puellæ.
Altera nõ doctæ turba:ſed eſſe uolunt:
Vtraq; laudetur per carmina:carmina lector
Commendet dulci qualiacunq; ſono.
His ergo:aut illis uigilatum carmen in ipſas
Forſitan exigui muneris inſtar erit.
At:quod eris per te facturus:& utile credis.
Id tua te facito ſemper'amica roget.
Libertas alicui fuerit promiſſa tuorum:
Hanc tamen a domina fac petat ille tua.
Si pœnam ſeruo:ſi uincula ſæua remittis.
Quod facturus eras:debeat illa tibi.
Vtilitas tua ſit.titulus donetur amicæ
Perde nihil:partes illa potentis agat.
Sed te:cuicunq; eſt retinende cura puellæ:
Attonitum forma fac putet eſſe ſua.

duras ianitor ante fores. Quũ bene diues ager.nõ gēmas:nec aurũ:ſed dona ruſtica mittenda eſſe dicit. Pondere nutant. dum rami prænimia pomorũ copia curuantur Rure ſuburbano:ex prædiolo tuo in ſub urbiis:In ſacra uia ubi poma uendebantur propertios. Quæq; nitent ſacra uilia do na uia:& in obſcœno carmine. Hæc quæ cunq; tibi poſui uernacula poma. De ſacra nulli dixeris eſſe uia. Sacra autem uia ideo appellatur ꝙ in ea fœdus ictũ ſit inter Ro mulũ:& Tatiũ. Aut quas amaryllis ama bat:Caſtaneas dicit:quas Macrobius. He racleoticas appellari ſcribit. Sumptũ autē eſt hoc ex eo Maroniſ carmine:Caſtaneaſ q; nuces mea quas amaryllis amabat: Nũc amat illa nuces:Iuglandes dicit:quæ inter nuces primum locum optinent Sunt autē Nuceſquæ duro teguntur cortice: quarũ ſpecies plures ponit Macrobius in Sat. Quinetiam turdoq; licet. Turdi(ut Pli nius ſcribit)ſermonem humanum imitan tur:Agrippina claudii. Turdum habuit ſermones omnium imitantem:hi ĩ germa nia hieme maxime cernuntur: Inter aues primæ ſunt celebrationis:Martialis. Inter aues turdus ſiquis me iudice certet. Inter quadrupedes gloria prima lepus. Mittebã tur autem in Corona pendentes Martialiſ Texta roſis fortaſſe tibi uel diuite nardo: At mihi de turdiſ facta corona placet. Miſ ſaq; corona:turdis in coronam alligatis: uel re uera corona:qua in conuiuiis utebã tur.ut diximus: uel lucanicam intellige: qua pultes coronatæ menſiſ apponeban tur. Martialis. Filia picenæ uenio lucanica porcæ. Pultibus hinc niueis grata corona datur. Turpiter his emitur: Capratores. hereditatum execratur qui uiuentibus mu nera mittebant.ut inſcriberent̄ hæredes. Iuucaliſ:Sumit̄ illic Quod captator emat læenas:aurelia uendat:Orba ſenectus:ſene ctus ſine liberis. Habēt crimē:fraudē con tinent:qa nõ amore aliqd tribuunt ſed ut maiora aſſequant̄. Vtraq; laudet̄:& docta & ĩdocta. Cõmēdet carmina:de amica car mĩa cõpoſita inter legēdũ facito ut uocis ſuauitate elegãtiora uideantur. Carmē: ui gilatũ:elegãs carmē:& multa uigilia poli tũ:In ipſas.ĩ laudē ipſarũ. Erit inſtar mu neris:erit fortaſſe gratum perinde ac mu n⁹! Alicui tuoꝝ.quē ex ſeruo liberũ factu rus ſis: Vtilitas tua ſit.qa nõ amittis ſeruũ

Sacra uia.

Caſta neæ Heracle oticæ.

Iuglan des.

Nuces

Turdi

Corona

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Tiros olim Inſula
Cos ſiue Cæa iſula.
Cæa ueſtis
Bõbices

Siue erit in tyriis:in ueſte purpurea.dicta a Tyro olim inſula:poſtea Alexandri Magni operibus: facta eſt continens.nobilis conchilio:atq; purpura:ut Plinius docet. Siue erit in cois:Cos inſula eſt in ægæo ex aduerſo atticæ ab helene.y.mil.paſ.diſtans:quæ a latinis Cæa appellaẽ:ut plinius docet: unde & cous.& cæus deduci poteſt.Cæa autem ueſtis bombicina erat ad luxum fœminarum inuenta adeo tenuis:ut eas enudaret:Bõbyces.n.tellas araneorũ mõ texunt:quas retorqueri,: rurſuſq; texere inuenit in eo mulier.Pamphile Platis filia:auctor. Varro.plinius.Solinus:& ante hos. Ariſtoteles libro de animalibus quinto. Aurata eſt: ſi eſt aurea ueſte amicta. Gauſapa ſi ſumit

Gauſape

Gauſape ueſtis erat uilloſa'quæ hiemali & æſtiuo tempore geſtabat:Martialis: Is mihi candor ineſt:uillorum gratia tanta eſt: Vt me uel media ſumere meſſe uelis. Aſtiterit tunicata:

Tunica

Tunica ueſtis erat:quæ longiores uſq; ad digitos manicas habebat: fluebat uſq; ad talos.dicta a tuendo ut ſcribit Varro. Moues incendia clama:dic cõtenta uoce tunicam confecturam illam calore. Diſcrimen:diuiſio crinium in capite. Torſerit igne comas:ſi calamiſtro hoc

Calamiſtrum.

eſt acu ferreo calefacto criſpos fecerit capillos.unde Diuus hieronymus ad. Nepotianum ita ſcribit: Nec calamiſtro criſpẽt comas ſed pudiciciam habitũ polliceantur Saltantis:tripudiantis:hinc fit Saltatio: Verba querentis:q; tam cito deſierit: Voce notes.quod fieri ſolet in coitu. Violentior:aſperior:difficilior ad amãdum. Torua meduſa:quæ ſe intuentes mutabat in ſaxum:aut toruam propter aſpectum.& ei⁹ crines in ſerpentes mutatos a minerua: cuius rei cauſam docet. Ouidius in quarto met.unde poetæ fingunt Mineruam caput Meduſæ habere in pectore. Virgiliuſ in octauo: Aegidaq; horrificam turbatæ palladis arma certatim ſquammis ſerpentum auroq; polibant:Connexoſq; angueſ ipſamq; i pectore diuæ Gorgona defecto uertentem lumina collo. Aequa quia mutuo eum amabit. Nec uultum uidendum eſt ne uultu uidearis aliter ſentire quam loquaris. Quum m◌ do frigoribus premimur.hæc eſt cauſa cur in met.appellat. Ouidius Autumnos inæquales. Moroſi qui nimis exacte omnia fieri cupit. Et ueniat quæ luſtret anus.Sacrum pro amicæ

Sacrum Tædæ oui.& ſulphuris

ſalute faciendum eſſe dicit:cuius meminit Apuleius in ultimo met.quo dicit ſummũ ſacerdotem Iſidis tæda lucida. & ouo & ſulphure:ſolemniſſimiſq; præcibus uſum fuiſſe:& Iuuenalis Metuiq; iubet ſeptembris.& auſtri Aduentum niſi ſe centum luſtrauerit ouis:& propertius in quarto. Terq; meum tetigit ſulphuris igne caput Tibullus..Ipſeq; ter circum luſtraui ſulphure puro. Tremula manu: manu trementi propter ætatem. Nec amari pocula ſucci:potionum aliquam amaram ad pellendũ morbũ efficacem. Riualis miſceat illa tuus:q amat eãdẽ amicã quaſi ad

Riualis

eũdem confluat riuum:riualis appellatur

Siue erit in tyriis:tyrios laudabis amictus.
Siue erit in cois coa decere puta:
Aurata eſt:ipſo tibi ſit precioſior auro.
Gauſapa ſi ſumit:gauſapa ſumpta proba.
Aſtiterit tunicata:moues incendia clama.
Sed timida caueat frigora uoce roga.
Compoſitum diſcrimen erit:diſcrimina lauda
Torſerit igne comam:torte capille places.
Brachia ſaltantis uocem mirare canentis:
Et cum deſierit uerba querentis habe.
Ipſos concubitus:ipſum uenerere licebit
Quod iuuat.& quædam gaudia uoce notes
Si fuerit torua uiolentior ipſa meduſa.
Fiet amatori lenis & æqua ſuo.
Tantum ne pateas uerbis ſimulator in illis
Effice:nec uultu deſtrue uerba tuo.
Si latet ars:prodeſt.affert depreſſa pudorem:
Atq; adimit merito tempus in omne fidem.
Sæpe ſub autumno:cũ formoſiſſimus annus:
Plenaq; purpureo ſubrubet uua mero:
Quũ mõ frigorib⁹ p̃mimur:mõ ſoluimur æſtu
Aere non certo corpora langor habet.
Illa quidem ualeat.ſed ſi male firma cubabit
Et uitium cœli ſenſerit ægra ſui.
Tunc amor & pietas tua ſit manifeſta puellæ:
Tunc ſere:quæ plena poſtmodo falce metas.
Nec tibi moroſi ueniant faſtidia morbi.
Perque tuas fiant:quæ ſinit illa:manus:
Et uideat flentem:nec tedeat oſcula ferre:
Et ſicco lachrymas combibat ore tuas
Multa uoue:ſed cuncta palam:quotieſq; licebit
Quæ referas illi ſomnia læta uide.
Et ueniat:quæ luſtret anus lectumq;.locumq;.
Præferat & tremula ſulphur & oua manu.
Omnibus his inerunt gratæ ueſtigia curæ.
In thalamos multis hæc uia fecit iter.
Nec tamen officiis odium quæratur ab ægra:
Sit tuus in blanda ſedulitate modus:
Neue cibos præbe:nec amari pocula ſucci
Porrige.riualis miſceat illa tuis .



Sed non quod dederas:Affert nunc,aliud præceptũ Ouidius:& aliam uiã tenendã eẽ dicit. Quẽ taurũ metuis:Excplis agit amorẽ uires uſu colligere ac tpe.Fac tibi conſueſcat:fac tecum diſcat uiuere. Poſſe requiri:poſſe te ab ea peti: Tunc procul ab ea te aliquandiu amouebis. Da requiem:da amicæ ſine te reſpirãdi ſpatium.Requietus ager.nouale dicit:quod(ut Plynius docet) alternis ãnis ſeriẽ

Nouale

Credita:commiſſa ſemina. Terra arida:terra quæ iam diu humore caruit. Phyllida Demophon. Abſentes magis deſiderari ꝑbat exẽplis:nã quemadmodum phyllis impatientius demophoontis abſentiam tulerit:Penelope Vliſſis:Laodomia Proteſilai:ſatis patet Ouidii epiſtolis Solers Vlyſſes:induſtrius:& peritus. Vlyſſes. Torquebat penelopẽ: abſentia ſua cruciabat penelopem. Tuus phylacides:tuus proteſilaus:Eſt enim patronymicum pro deriuatiuo philace(ut Strabo

Phylace

docet) eſt urbs phthioticæ regionis theſſaliæ:cuius meminit lucanus in ſexto: in qua proteſilaus regnauit.unde ipſe philacides cognominatus eſt:& eius uxor laodomia phylaceia.Ouidius de ponto: Vt

Philacides.
Philaceia.

uiuat fama coniunx phylaceia.cuius Iliacam celeri uir pede preſſit humum:Hic ad bellum troianum profectus quum in aulide tempeſtate moraretur:ab uxore laodomia acaſti filia epiſtolam accepit:quæ quãtum ob eius abſentiam anxia fuerit: facile oſtendit. Sit mora tuta breuis:non diutius abſtinendum eſſe dicit ab amicæ conſpectu. Lenteſcunt tempore: minuũtur interuallo temporis: Aliter a Virgilio in georgicis dicitur terra ad digitos lenteſcit habendo:& a Tacito:Succinum igni ad-

Lẽteſcere.

motum ut in picem.reſinamq; lenteſcere. Dum menelaus abeſt. Menelai exemplo abſentiam amãtum non eſſe tutam docet: Nam.Quum ille in cretam ad diuidendaſ Atrei opes profectus eſſet:& paridem domi reliquiſſet helena capta eius amore:mariti abſentis immemor:cum paride in aſiã nauigauit. Credis ouile lupo :committis ouile lupo:Sic & Terentius. ouem lupo commiſiſti miſera. Viderit atrides. Menelaus ipſe iudicet. Sed neq; fuluus aper. Diligentius uidendum eſſe docet: ne amica intelligat te aliam amare. Ore

Fulmen Apri

fulmineo:ore ex quo fulmen uenit.Spiritus enim & uis apri a poetis fulmen appellatur. Ouidius in met. Spuma fluit:dentes æquantur dentibus indis. Fulmen ab ore uenit:frondes afflatibus ardent:&. Apuleius lib.yiii.met.de apro ita ſcribit impetu ſæuo frementis oris:totus fulmineus. Dum rotat:dum circumagit. Nec lea quum catulis. Leæna quo tem-

Leænæ Seuitia.

pore in amorem fertur catulorum obliuiſcitur:& eo tempore plurimum ſæuit. Virgilius. Tempore non alio catulorum oblita leæna. Sæuior errauit campis. nec funera uulgo. Tam multa informes urſi ſtragemque dedere: Per ſiluas. tunc ſæuus aper. tunc peſſima tigris. Nec breuis ignaro. Vipera quum calcaẽ maxime iraſciẽ:uirg.;i ꝑuiſũ aſpris ueluti

Sed non quo dederas a littore carbaſa uento
Vtendum:medio quum potiare freto.
Dum nouus errat amor:uires ſibi colligit uſu.
Si bene nutrieris:tempore firmus erit.
Quem taurũ metuis:uitulũ mulcere ſolebas.
Sub qua nunc recubas arbore:uirga fuit.
Naſcitur exiguus.ſed opes acquirit eundo:
Quaq; uenit:multas accipit amnis aquas.
Fac tibi conſueſcat:nil aſſuetudine maius:
Quam tu dum capias:tedia nulla fuge.
Te ſemper uideat:tibi ſemper præbeat aures
Exhibeat uultus noxq; dieſque tuos.
Quum tibi maior erit fiducia poſſe requiri
Tunc procul abſenti cura futurus eris.
Da requiẽ:requietus ager bene credita reddit:
Terraq; cœleſtes arida ſorbet aquas.
Phyllida demophoon preſens moderãtius uſſit
Exarſit uelis acrius illa datis:
Penelopen abſens ſolers torquebat ulyſſes.
Phylacides aberat laodomia tuus:
Platanꝰ poribus circa alpes ligneæ fieri cœpere circuliſq; cingi. Nec platanus niſi ſera poteſt Platanus arbor eſt umbræ gratia tantum petita orbe: ut Plinius docet: fuitq; in uſu apud romanos ad umbras in ambulatõnũ quem uſum docuere athenæ: uiſæ enĩ ſunt in achademia primum platani unius umbris. xxxyi. cubitorum luxuriantibus. Mero alebantur: id enim compertum eſt: radicibus ꝓdeſſe: unde (ut Macrobiuſ ſcribit) Hortenſius orator petiit a Citerone diem actionis cõmutari: quoniam ipſe erat iturus eo die in tuſculanum ad platanos ſuas uino irrigandas: Platanis romanos in recitatione poetarum uſos fuiſſe docet Iuuenalis: quum inquit. Frontonis platani cõuulſaq; marmora clamant. Martialis platanũ uiduam appellat. Locus uero platanis cõ

Platanõ ſitus ab eodem Platanon appellatur. Obſiſtere uento. Platanis frigus nocere. & uentos. innuere etiam Plinius uidetur ſcribẽs ab his æſtate arcendum eſſe ſolem: hieme admittendum. Hermionem. filiam helenæ & menelai. Et melior gorge. Gorge filia fuit altheæ matris meleagri: & œnei

Gorge. regis calydomiæ. Ad uenerem ſeram. ad coitum mulieris: quæ. xxxy. annos exceſſerit. Conſcius ecce duos. Muſam alloquitur: eamq; reiicit ab amantibus dicturus: quæ ab Ipſis fœdiſſima in lecto agitantur. In capta lyrneſide. in hippodamia ex oppido lyrneſo ut diximus. Velis maioribus. maiori curſu. hoc eſt ne celeriꝰ quam amica reſoluaris. Deſine: Morare: Quum mora non tuta eſt. Quum times deprehendi. ſi diutius in coitu fueris moratus. Totis remis. Totis uiribus.
Admiſſo equo. celeri equo.

Officium faciat nulla puella mihi.
Me uoces audire iuuat ſua gaudia faſſas.
Vtq; morer: memet ſuſtineamq; roget:
Aſpiciam dominæ uictos amentis ocellos.
Langueat: & tangi ſe uetet illa diu.
Hæc bona non primæ tribuit natura iuuentæ.
Quæ cito poſt ſemptem luſtra uenire ſolent.
Qui ꝓpꝑãt: noua muſta bibãt mihi fundat auitũ
Conſulibus priſcis condita teſta merum:
Nec platanus: niſi ſera poteſt obſiſtere uẽto.
Et ledunt nudos prata nouella pedes.
Scilicet hermionẽ helenæ præponere poſſes?
Et melior gorge: quam ſua mater erat?
Ad uenerem quicunq; uoles attingere ſeram
Si modo duraris: præmia digna feres.
Conſcius ecce duos accepit lectus amantes.
Ad thalami clauſas muſa reſiſte fores.
Sponte ſua ſine te celeberrima uerba loquentur.
Nec manus in lecto leua iacebit iners.
Inuenient digiti: quid agant in partibus illis:
In quibus occulte ſpicula tingit amor
Fecit i andromache prius hoc fortiſſimꝰ hector
Non ſolum bellis utilis ille fuit.
Fecit & in capta lyrneſide manus achilles:
Quum premeret mollẽ laſſus ab hoſte torũ.
Illis te manibus tangi briſei ſinebas:
Imbutæ phrygia quæ nece ſemper erant.
An fuit hoc ipſum: quod te laſciua iuuaret:
Ad tua uictrices membra uenire manus?
Crede mihi uenerſ non eſt properãda uoluptaſ
Sed ſenſim tarda perficienda mora.
Quũ loca repereris quæ tãgi fœmina gaudet
Non obeſt: tangas quo minus illa pudor.
Aſpicies oculos tremulo fulgore micantes:
Vt ſol in liquida ſæpe refulget aqua.
Accedant queſtus accedat amabile murmur.
Et dulces gemitus: aptaq; uerba ioco.
Sed neq; tu dominam uelis maioribus uſus
Deſere: nec curſus ante eat illa tuos:
Ad metam properate ſimul: tũc plena uoluptas
Quũ pariter uicti fœmina uirq; iacent:
Hic tibi ſeruãdus tenor eſt: quum libera datur:
Ocia furtiuum nec timor urget opus:
Quum mora non tuta eſt totiſ icumbere remiſ
Vtile: & admiſſo ſubdere calcar equo.
Finis adeſt operi. palmam date grata iuuentus:



Serta myrtea: ꝙ res ueneris deſcripſerim: cui myrtus dicata eſt qua lyrici: & elegi poetæ coronabantur. Papinius. Nunc ab intonſa capienda myrto Serta. & alibi: Mitiſq; icedere uates Maluit: & noſtra laurum ſubtexere myrto. Podalirius. fuit æſculapii filius. & frater machaonis: ut antea dictum eſt. Pectore. eloquentia. De neſtore in primo iliados: ita ſcribit Homerus. Surrexit Neſtor pyliorum & imperio & facundia longe princeps: cuius ex ore dulcior melle fluebat oratio: uir ſapientia ſimul & anniſ Siquidem tertiam iam ætatem hominũ uiuebat: & cũ multis qui iã deceſſerãt unaa floruerat. Quantus erat calchas extis. Calchas (ut ĩ primo iliados ſcribit Homerus) Theſtoris filius fuit: longe oĩum ariolandi pitia: quam ab apolline didicerat præſtantiſſimus: atq; oĩa cognita habens quæ fuerũt: quæ ſunt quæ erunt: quẽq; unũ græci ad troiã uenientes dignũ putauerunt: cuius diuinationẽ ſuæ nauigatõis ducẽ haberẽt: Ditis ſcribit calchãta fuiſſe theſtoris troiani filiũ: & haruſpicẽ pitiſſimũ: qui ab apolline mõitus: ut dimiſſis troianis: græcos ſequerẽ: deo paruit: Eũ ſcribit Seruius a Mopſo pitia diuinandi ſupatũ dolore ĩteriiſſe. Telamoniuſ Aiacẽ Telamonium uirũ fortiſſimum intelligit: q multum ſua uirtute græcis profuit: Demũ ſuperatus ĩ iudicõ & petitione armorũ ab Vlyſſe: ĩ furorẽ uerſus ẽ. & acceptis loris diſcurrebat p ſiluas: minabaẽque iudicibꝰ: q arma Vlyſſi adiudicaſſent & uerberãs arbores. & aĩalia: credebat iudices ferire: ſed quum poſtea reſciſſe quæ p iſaniã fecerat: pudore affectus. gladio ſe interemit. de eo multa Ouid. in. xiii. met: Dederat Vulcanus achilli. Mortuo. enim patroclo: & eo ab. Tectore achillis armis ſpoliato: Tethys a Vulcano petiit: ut in eius gratiam arma filio fabricaret: ita. n. & apud Homerũ in. xyiii. iliados illum alloquitur: Hæc ego nũc gratia ad tua genua ſupplicatum uenio ut filio meo breui morituro Clypeum. Thoracem. Ocreas: Caſſidem tuis malleis fabricatam: qualẽ antea habebat largiaris periit fidus amicus a troianis cæſus: cuius morte mœrens humi ꝓſtratus iacet: Tum demum Vulcanus armis pulcherrime fabricatis ad Achillis matrem attulit: quæ tanquam accipiter e niuoſo olympo. ad filium deferens properauit: Muneribus datis: Datis armis & præceptis meis. Superarit amazona. Subægerit puellã: quã iccirco amazõa appellat: ꝙ amãtes dicuuẽ milites eẽ cupidinis: ut amazones fœminæ militiã quoq; ſuã exercẽt: unde pauloante dixit Militiæ ſpeciẽ eſſe amorẽ. Et ad Atticũ ita ſcribit Ouid. Militat oĩs amãs. & habet ſua caſtra cupido: Attice crede mihi militat oĩs amans.

Myrtẽ coronabantur poetæ elegi
Neſtoriſ facũdia.
Calchas
Aiax telamoniꝰ
Aama achillis fabricata a Vulcão

Sertaq; odoratæ myrtea ferte comæ.
Quãtus apud danaos podalirius arte medẽdi:
Aeciades dextra pectore neſtor erat.
Quantus erat calchas extis telamonius armis:
Atumedon curru: tantus amator ego.
Me uatem celebrate uiri. mihi dicite laudes.
Cantetur toto nomen in orbe meum.
Arma dedi uobis: dederat uulcanus achilli:
Vincite muneribus: uicit ut ille: datis.
Sed quicunq; meo ſuperarit amazona ferro
Inſcribat ſpoliis: naſo magiſter erat.
Ecce rogant teneræ: ſibi dem præcepta puellæ:
Vos eritis chartæ proxima cura meæ.

## P. OVIDII NASONIS DE ARTE AMANDI. LIBER TERTIVS.

ARma dedi danais: in amazones arma ſuperſunt.
Quæ tibi dem: & turbæ panteſilea tuæ.

BARTHOLOMAEI MERVLAE. Enarrationes in ultimum uolumẽ Ouidii de arte amandi.

ARma dedi danais: Fatetur Ouidius ſe primis duobus uoluminibus dediſſe præcepta amatoria: & docuiſſe amantes: quibus modis poſſent puellas ſubigere. Nunc e diuerſo pollicetur ſe puellis quoq; arma allaturum: quibus ſe tueri poſſint contra hominum ictus: non enim æquũ fuerat puellas nudas & ſine armis in aciem deſcendere: Ab his uero ſperandam eſſe uictoriam dicit: quibus ipſa uenus militiæ huius ſpectatrix. & princeps magis fauerit. Danais: uiris pugnantibus contra puellas: ut danai in bello troiano contra amazones: quæ inuſtis infantium deterioribus mãmis ne ſagittarũ iactus impedireẽ ita appellatæ ſunt. ut in ſecundo ſui epitomatis docet Iuſtinus: Diodorus ſcribit penes thermodoonta fluuium primo amazonum gentem fuiſſe: quæ uiris ſimiles bellicis artibus: uiribuſq; corporis præſtabãt. Earũ regina exercitu mulierũ coacto exercuiſſe tradiẽ eas militari diſciplĩa: ac nõnullas ex uicinis gẽtibꝰ expugnaſſe: Homĩes ad texturã muliebriaq; ꝺputauit exercitia lege ſtatuit: ut ſolæ fœminæ in re militari erudirenẽ. uiris ĩterdicta eſſent arma ſeruiliaq; officia ꝓmiſſa. Maribꝰ: q ex eis naſcebãẽ: crura ac brachia ꝺbilitabãt: quo bello ĩutiles fierẽt: fœminis dextrã iurebãt mãmã: ne pugnæ ĩpedimẽto eẽt: ex quo & amazonũ eis ẽ ĩditũ nom: Et turbæ pãteſilea tuæ.

Amazones.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Panteſi lea — Per amazones:& cateruã panteſileæ:fœminas omnes deſignat:Fuit aũt Panteſilea Amazonum Re
gina Martis filia:quæ(ut Diodorus ſcribit)ſuarũ cæde perterrita cũ amazonũ reliquis ex patria ꝓfu
ga troianis auxilio affuit:ac poſt hectoris obitũ multis præclaris belli facinoribus editis:ab Achille i
terfecta ẽ:Hãc poſtremã amazonũ præcipua uirtute extitiſſe:reliquaſq; deinceps eius gentis defeciſ
ſe ferunt. Pares.utrinq; armati: Puer cupido. Cur uirus in angues Adiicis? Cur uenenum addis
ſerpenti:quum id illi a natura ſit traditum? ex quo innuit mulieres natura callidas:fore his præceptis
magis inſidioſas amantibus:uirus autem
hic ꝓ ueneno accipiť:quũ alias uirorem ſi
Virus Virulentus. — gnificet:unde ẽt fit uirulentus. Papinius
Iungam ipſe manuſ:atq; omne benigne ui
rus.Minor atrides. Menelaus ex duobus
fratribus minor natu:hoc dicit propter.
Helenã: quæ paridẽ marito menelao præ
poſuit. Heleneſq; ſororem. Clytæmne-
ſtrã.quæ cũ ægiſtho adultero(ut diximꝰ)
rem habebat.Maior atrides. Agammenõ
Crimine. Criminatione. Si ſcelere Oicli
amphiaraus — des. Amphiaraum Oiclei filium dicit au
gurandi arte peritiſſimum.qui adoleſcens
argonautas ſecutus eſt dicente Statõ:Iam
tunc prima quum pube uirentẽ Semideos
inter:pinus quum theſſala reges Duceret:
ſed quum poſtea ſuaderent amici polyni-
cis ut ad bellum thebanum duceretur:iſq;
præuideret ſi ei bello afforet:ſe periturum
idq; propterea recuſaret ferunt polinicem
aureum torquem a uenere hermionæ da
tum amphiarai uxori quo belli ſocietatem
uiro perſuaderet:donaſſe: Eo tempore.
Eriphile — Amphiaraus Adraſtuſq; de regno diſſidẽ
tes ad Eriphylis amphiarai coniugis adra

Ite in bella pares:uincat quibus alma dione
Fauerit:& toto qui uolat orbe puer:
Non erat armatiſ æquum concurrere nudas:
Sic etiam uobis uincere turpe uiri:
Dixerit e multis aliquis:cur uirus in angues
Adiicis? & rapidæ tradis ouile lupæ?
Parcite paucarum diffundere crimen i omnes
Spectetur meritis quæq; puella ſuis.
Si minor atrides helenen heleneſq; ſororem
Quo premat atrides crimine maior habet.
Si ſcelere oiclides talaoniæ eriphyles
Viuus:& in uiuis ad ſtyga uenit equis:
Eſt pia penelope luſtris errante duobꝰ:
Et totidem luſtris bella gerente uiro.
Reſpice phylaciden:& quæ comes iſſe marito
Fertur:& ante annos occubuiſſe ſuos.

ſti ſororem omne diſſenſionum iudicium rettulerunt.Illa pro amphiarao ſententiam tulit adiiciẽs.ut
belli thebis inferendi ſocius adiutorq; eſſet:Amphiaraus exiſtimans ſe ab uxore proditum ad bellum
ſpopondit ſe aditurum: Sed Alcmeoni filio imperauit:ut poſt ſuum obitum Eriphylem perimeret:
quod patris mandatum poſtea executus:facti conſcientia.in inſaniam uerſus eſt:Amphiraus uero in
terræ hiatum.cum curru delatus.abſorptuſq;:nunq̃ poſtea uiſus eſt: Talaoniæ eriphyles: Talaonis ar
giuorũ regis filiæ.In uiuis equis.in curru:q ab equis uiuentibus trahebať. Si ſcelere. quia maritũ ꝓdi
Penelope — dit:Ouidius de ſine titulo:Ex quibus exierat traiecit uiſcera ferro Filius:& pœnæ cauſa monile fuit.
Eſt pia penelope.penelope eſt caſta & in maritum pia: Fœminas.enim pleraſq; bonas eſſe docet exẽ
plis:penelope autem Icari.& polycaſtæ filia Vlyſſis uxor marito ad bellum troianum profecto:ſemp
in coniugali fide permãſit inter laſciuiſſimam procorum turbam.Luſtris duobus.annis.x.quibꝰ poſt
bellum troianum errauit:& mores hominum multorum uidit & urbes:ut elegantiſſime cecinit Ho-
Proteſilaus — merus. Totidem luſtris.decem aliis annis.quibus pugnatum eſt contra troianos.Propertius Penelo
pe poterat biſdenos ſalua per annos uiuere tam multis fœmina digna procis. Reſpice phylacidem:
reſpice proteſilaum:qui(ut in ſecundo iliados ſcribit Homerus)ad troiam cum quadraginta nauibꝰ
nauigauit:quem excunctis græcis primum e naui in littus incidentem uir dardanus interemit: cuius
magnum uxori:magnum deſolatæ domui:magnum etiam bellacibus ſociis deſiderium reliquit. Nã
quum Laodomia eius uxor Acaſti filia:maritum in bello cecidiſſe intellexiſſet:optauit:ut eius umbrã
uideret:qua re conceſſa:non deſerens eam in eius amplexibus periit:ut in ſexto æneidos Seruius do
Proteſilaus Phylacides. — cet:Propertius.Illic phylacides iucundæ coniugis heros Non potuit cæcis immemor eſſe locis:Pro-
teſilaus autem phylacides a philace phthioticæ regionis theſſaliæ urbe:quæ ſub eius fuit imperio(ut
in nono ſcribit Strabo)appellatus eſt:uel ab auo phylaco Iphicli patre:Laodomia quoq; phylaceis a
Phylaceis — poetis appellatur. Comes iſſe marito.Mortua.enim laodomia in amplexu umbræ proteſilai cum
eo comes ad inferos profecta eſt:non ad bellum troianum.ut quidam putant: Sunt qui hoc ad.
Hypſicratea. — Hypſicrateam Mithridatis uxorem:quam Plutarchus pellicem fuiſſe ſcribit:referendum putent quæ
ob uirilitatem audaciamq; hypſicrate a rege appellata uiri perſici habitum cultumq; ſummẽs ac equũ
illum fugientem Pompeium infatigabili curſu regii corporis gerens curam comitata eſt. quouſq; ad
caſtellum inoram:in quo regis gaza condebatur:peruentum eſſet. Tunc rex proximo cuique mor
tiferum ferre uenenum dedit:ut nemo niſi uoluntarius in poteſtatem hoſtium uenerit: hæc. Plu-



tarchus: quibus uerbis coniicitur hypſicrateam ueneno periiſſe magis placet totum ad laodomiam — Admetus.
referas.Fata pheretiadæ: Admetus Pheretii filius theſſalus(ut Diodorus ſcribit) Alceſten peliæ fi- — Alceſtus
liam uxorem duxit.quæ tanto amore maritum dilexit.ut pro eo mortem non recuſarit:quum eius pa
rentes id facere neglexiſſent:quod(ut Plato ſcribit in conuiuio)ita diis gratũ fuit:ut hanc ab inferis
continuo ſuſcitarint:tam egregio facinore delectati:dicente Papinio:Si chelin odryſiam pigro tranſ
miſit auerno Cauſa minor:ſi theſſalicis admetus in oris Silua una tetram phylaceida rettulit umbrã:

Fata pheretiadæ coniunx pagaſæa redemit
Proque uiri eſt uxor funere lata ſui.
Accipe me capaneu:cineres miſcebimus iquit.
Iphias:in medios deſiluitq; rogos.
Ipſa quoq; & cultũ ẽ:& nomine fœmina uirtus.
Nec mirum:populo ſi placet illa ſuo.
Non tamẽ hæ mentes noſtra poſcuntur ab arte
Conueniunt cymbæ uela minora meæ.
Nil niſi laſciui per me diſcuntur amores:
Fœmina præcipio quo ſit amanda modo.
Fœmina nec flamas:nec ſæuos excutit arcus:
Parcius hæc uideo tella nocere uiris.
Sepæ uiri fallunt:teneræ non ſæpe puellæ.
Paucaq;:ſi quæras:crimina fraudis habent.
Phaſiadem matrem fallax dimiſit iaſon.
Venit in æſonios altera nupta ſinus
Quãtũ ad te theſeu uolucres ariadna marias
Pauit in ignoto ſola relicta loco.
Quære nouem uicibꝰ cur una feratur? & audi
Depoſitis ſiluas phyllida fleſſe comis.
Et famam pietatis habet:tamen hoſpes & enſẽ
Præbuit & cauſam mortis eliſa tuæ.
Quid uos prediderit dicam neſcitis amare.
Defuit ars uobis.arte perennat amor.
Nunc quoque neſcirẽt.ſed me cytherea docere
Iuſſit:& ante oculos conſtitit illa meos
Tũ mihi quid miſeræ dixit mreuere puellæ?
Traditur armatis uulgus inerme uiris.
Illos artifices gemini fecere libelli.
Hæc quoq; pars monitis erudienda tuis.

hiſtoriam habes apud Valerium de Amo
re coniugali:& Euripides Alceſtidis tra-
gœdiam ſcripſit:unde a Iuuenale dictum
eſt Spectant ſubeuntem fata mariti Alce-
ſten. Coniunx pagaſæa. Alceſtis theſſa-
la pagaſæ enim ſunt pherarum emporium
dictæ(ut Strabo ſcribit)propter uicinos — Pagaſæ
fontes.ideſt pagas.qui frequentes aquarũ
ubertatem effundunt uel ꝙ eo in loco pe-
lias Argo nauem compegerit:quæ Paga-
ſæa ideo a poetis appellata fuit: & Iaſon
pagaſæus. Accipe me capaneu:Euadnaſ
tres fuiſſe comperio:unam Neptuni & pi — pagaſæa nauis
tanes:quæ ab eurota progenita eſt: Aliã
Peliæ regis filiam:quam Iaſon œneo ce-
phali phoceorum regis uxorem tradidit: — Euadne
ut meminit.Diodorus: Tertiam Iphiæ fi
liam:quæ capaneo nupſit:qui in bello the
bano:dum ſchalis magno impetu murum
aſcendit.periit.Euadne uero nimio amo-
re coniugis:ſe in eius rogum ardentẽ præ
cipitauit:Ipſa quoq; & cultu: Virtus & no — Virtutis Tẽplũ
mine:& habitu muliebri romæ colitur.qđ
ſignificat in eo ſexu uirtutem eſſe: neceũ
ſcelus admittere:ut fecere illæ quas com-
memorauit.uirtutis autem templum ro-
mæ erexit Marcellus:ut docet Liuius in ſe
ptimo ſecundi belli punici:& Valerius
Max.Populo ſuo.muliebri turbæ: Hæc
mentes.uirtute præditæ. Vela minora.
mulieres minus bonæ.Flammas. amoris
faces:Excutit.reiicit.Parcius.rarius: quia
homines ſunt magis callidi. Fallunt.fœ-
minas decipiunt. Phaſidem matrem:Me
deam a phaſi colchorum fluuio dictam:
Probat autem puellaſ ſæpius falli quam ui
ros. Altera nupta:Creuſa:quã a Diodo-
ro Glaucen appella diximus In ſinus æſo
nios:in ſinus Iaſonis æſonis filii: hiſtoriã
antea diximuſ.Quãtũ ad theſeũ.Quum
theſeuſ in cretam nauigaſſet.Ariadne.Mi
nois filia eius ſpecie capta:docuit eũ quo
pacto poſſet Minotaurum occidere:deinde cum eo nocte clam recedens in inſulam apulit olim Diã — Ariadnes.
poſtea Naſum appellatam:Ibi ferunt Dionyſium ariadnes pulchritudine captum a theſeo uirginem
abſtuliſſe:duxiſſeq; uxorem:auctor Diodo.Ouid.tamen ſcribit eam dormientem a theſeo in inſulã — Fabula
relictam.Pauit uolucres marinas:per te potuit mori & marinas aues paſcere.Nouem uicibus.nouies
hoc eſt ſæpius:ut proſpiceret.an Demophoon rediret:ſic alibi:Vixiſſet phyllis. ſi me foret uſa ma-
giſtro:Et per qđ nouies ſæpius iſſet iter. Cur una feratur: Cur una phyllis eat ad littus.in quibuſdã — Phillis i amygdalũ: phylla.
exemplaribus ita legitur: Quære nouem cur iſſe uice dicatur:idem tamen eſt ſenſus. Et audi.
Depoſitis ſiluas phyllida fleſſe comis.ordo eſt & audi ſiluas fleſſe phyllida depoſitis comis:per ſiluaſ
autem amygdalum arborem deſignat.in quam ſine frondibus mutata eſt phyllis:a qua phylla græce — Eliſſa Dido.
folia appellata eſſe Seruius ſcribit. Eliſſa:Eliſſa eſt nomen didonis proprium:Dido enim ligua phœ
niſſa uirago dicitur. Perennat.durat.Neſcirẽt:ignorarent puellæ amandi modum. Gemini libelli.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

duo uolumina ſuperiora.Probra.therapnææ. Steſichorum poetam deſignat:in cuius ore infantis luſcinia cecinit:ut Plinius tradit mirabili auſpicio ſummum eum poetam futurũ præmonſtrans.Hic i helenã carmen contumeliæ plenum ſcripſit.quo caſtor & pollux eum luminibus priuarunt:Sed quũ i ſomno monitus palinodiã.hoc ẽ cõtrariũ cãtum cecinifſet:uiſum recæpit:Horatius:Infamis helenæ caſtor offenſus uice: Fraterq; magni caſtoris uicti prece adempta uati reddidere lumina. Maritæ therapnææ.Terapne oppidũ fuit laconiæ:ut Mela ſcribit.& Plinius.ibi nata eſt helẽa: unde a poetis therapnæa appellaẽ.Ouidius.Rure therapnæo nata puella phrygem. Proſperiore lyra:quia uiſum recæperat . quaſi innuat. Steſichori exemplo læſas fœmĩas placandas eſſe.dãdo etiã illis præcepta quæ uiriſ contra eas dederat. Petenda eſt.hoc eſt a diis petendum.ne fœminam lædas. Granaq; pauca.paucas myrti baccas. Acceptis.donis myrti a uenere ſumptis. Ceſſit onus.ſcribendi difficultas amota eſt fauente uenere:Quas pudor & leges.Nam matronas & caſtas reiicio.Editis. manifeſtatis.oſtenditis . Qui canent.qui arent. Violaria.frutices uiolas gignentes: Hac mihi de ſpina.de hac ſpina : quæ aruit . & ubi ante fuerant roſæ:nil præter ſpinas ui ſemper lilia florent Et riget amiſſam ſpina relicta roſa.Roſa autẽ(ut Plinius docet) naſcitur ſpina uerius:quam arbore. cuius uſum in coronamentis fuiſſe apud eundẽ legimus.Nec tua frangetur:ut ab amantibus fieri ſolet.Horatius: Parcius iunctas quatiunt feneſtras Ictibus crebris iuuenes proterui.Nec tibi ſomnos adimit. amatq; Ianua limen. Nocturna rixa : nocturnis conuiciis. Frangetur . pulſando crebris ictibus rumpetur: Sparſa nec inuenies: nocte coronati amantes ſtabant ante lim̃ amicæ:& excluſi coronas relinquebant. Ouidius.At tu non lætis detracta corona capillis Dura ſuper tota limina nocte iace Idem etiam docet Propertius in primo ea elegia.Quæ fueram magis olim patefacta triumphis Ianua. A uirgine:a puerili ætate:ſolent enim plærunq; inter cæteroſ capillos cani repperiri ea ætate. Anguibus exuitur docet Plinius angueſ hiberno ſitu mẽbrana corporis obducta fœniculi ſucco impedimentum illud exuere nitidi⁹ q; uernare.Eoſdẽ etiam alibi ſcribit ſenectutem exuere:eamq; protinus deuorare. ut ranæ & rubetæ: quæ plurimis refertæ medicaminibus.deponũt ea quotidie:ac reſumunt a paſtu uenena tantum ſibi reſeruãteſ.Nec faciũt ceruos:Cornua cerui mares habẽt:eaq; oĩbus ãnis ſtatuto ueris tpe amittunt. & latent amiſſis.uelut inermes. Indicia ætatis in illis gerunt:ſingulis annis adiicientibus ramos uſq; ad ſexennes. Ab eo tempore ſimilia reuiuiſcunt:nec poteſt ætas diſcerni:ſed dentibus.quos paucos habent.aut nullos: ſenecta declaratur.nullique in imis cornibus rami. Vita his longa.centeſimum annum excedunẽ: Febrium morbos non ſentit hoc animal:quin & medetur huic timori. Adde q; & partus.partus quoque ipſe puellis adimit iuuentæ florem:quod antequam eueniat.utendum eſſe ætate colligit.

Steſichorus poeta.

Therapne

Roſa

Angues exuunt. Senectã

Ceruorum. ſenecta.

Probra;terapnææ quin dixerat ante maritæ.
Mox cecinit laudes proſperiore lyra.
Si bene te noſti:cultas ne læde puellas.
Gratia dum uiuis:iſta petenda tibi eſt
Dixerat.& myrti(myrto nam uincta capillos
Conſtiterat)folium granaq; pauca dedit.
Senſimus acceptis numen:quoq; purior æther
Fulſit:& e toto pectore ceſſit onus:
Dum fauet ĩgeniũ:petite hinc præcepta puellæ
Quas pudos & leges & ſua iura ſinunt:
Venturæ memores iam nunc eſtote ſenectæ.
Sic nullum uobis tempus abibit iners.
Dum licet:& ueros etiam nunc editis annos
Ludite:eunt anni more fluentis aquæ.
Nec quæ præteriit.curſu reuocabitur unda:
Nec quæ præteriit:hora redire poteſt.
Vtendum eſt ætate cito pede labitur ætas.
Nec bona tam ſequitur:quã bona prima fuit.
Hos ego qui canent frutices uiolaria uidi.
Hac mihi de ſpina grata corona data eſt.
Tempus erit:quo tu quæ nunc excludis amãteſ
Frigida deſerta nocte iacebis anus.
Nec tua frangetur nocturna ianua rixa:
Sparſa nec inuenies limina mane roſa.
Quã cito:me miſerum laxantur corpora rugis
Et perit in nitido qui fuit ore color.
Quaſq; fuiſſe tibi canas a uirgine iuras.
Spargentur ſubito per caput omne comæ:
Anguibus exuitur tenui cum pelle uetuſtas.
Nec faciunt ceruos cornua iacta ſenes.
Veſtra ſine auxilio fugiũt bona:carpite florem:
Qui niſi carptus erit:turpiter ipſe cadet.
Adde quod & partus faciunt breuiora iuuentæ



Latmius endymion.Dearum exemplis dicit ueneri indulgendũ eſſe:Endymion autem dictus eſt lunam amaſſe & illam eum dormientem fouiſſe amplexu in latmio monte cariæ:quoniam(ut ſcribit Plynius primus eius curſum deprehendit: Nec cephalus Auroram cephali amore captam docet Ouidius in ſexto met:& Seruius in ſexto æneidos. Deæ roſeæ:Auroræ: Vt taceam de te:Venerem amaſſe Adonim:& eum ab apro occiſum fleuiſſe:iam antea diximus: Aeneam:ex uenere & auchiſe natum eſt æneas: Hermionẽque:Hermione filia fuit ueneris & Martis:quæ Cadmo nupſit: Diodorus ſcribit non hermionẽ: ſed Harmoniam Iouis & electræ filiã cadmo nupſiſſe.Euſebius quoq; hermoniam:non hermionem nominat. Conſtant . Permanent. Perdis aquam quam ſumis.Semen genitale intelligit:ut in obſcœno carmine.Vade per has uites : quarũ ſi carpſeris uuas.Quas aliter ſumas hoſpes habebis aquas. Nec uos proſtituit. nec uos proſternit:& uiris tanq̃ meretrices ſupponit.

Sed me flaminibus. ſenſim inquit ingrediamur:donec ad ꝑcepta uẽtum ſit: quod faciunt nautæ : qui in portu facilioribus uentis utuntur:at egreſſi in altum expandunt maioribus uentis uela. Liber: uinũ.

Quota quæq;:rara uel nulla. Tali munere.tali forma. Corpora ſi ueteres . Docet rudi maiorũ ætate puellas nõ uſas fuiſſe cura in cultu corporis:uti poſtea didicere puellæ romanæ:quas hortaẽ ut externo nitore faciem cõmendẽt. Tunicas uagantes.ueſtes laxas.Scilicet aiaci coniũx. Tegmeſſam dicit:cuius amore tenebatur aiax. Horatius:Mouit aiacem telamone natum Forma captiuæ dominum tegmeſſæ.Cui tegmen:qui habuit non ornatiſſimum & præcioſum ſcutum:ſed ex pellib⁹ boum:ut rudi ætati conueniens . Quam rem docet Homerus ĩ ſeptimo iliados ita ſcribẽs.Aiax interim ſe armabat: atq; ubi cum armatura inſtructus eſt:proceſſit : ut conſtaret aſpectu ipſo uere eum eſſe ꝓpugnaculum achiuorum:ſicut ingẽti corpore:ita ingenti animo:ridenti uultu : ſed tamẽ feroci.pleno gradu ac ſublimi dextra trabalem lanceam quatiens : ſiniſtra illud ſcutũ ĩmane proferens turris inſtar:quod ei fecerat lõge optimus artis ſcutariæ opifex œtichius:qui habitauit apud hylẽ : ex ſeptem electorum boum tergoribus:induta deſuper lamina ferrea : unde Vlyſſes apud Ouidium in met.ita loquitur.Quæ niſi feciſſem:fruſtra telamone creatus Geſtaſſet leua tantorum tergora ſeptem. Aurea roma:uel pulchra:uel diues:uel propter Capitolium.quod auratum fuiſſe docet Maro eo uerſu.Aq; hic auratis uolitãs argenteus anſer Porticibus. Alterius Iouis:q̃ huius:qui nunc in his colitur. Capitolium aũt mons eſt romæ:a capite inucto ab aperientibus fundamenta templi dictũ:ut Liuius & Dionyſius ſcribunt:primo autem Saturnium:poſtea Tarpeium appellatum fuiſſe ſcribit Varro :a uirgine ueſtali tarpeia:quæ ibi a Sabinis necata armis:& ſepulta loco nomen dedit. Templum in eo Tar-

Endimion lunã amauit.

Hermione Harmonia.

Scutum Aiacis

Capitolium. ſaturniũ Tarpeium

Tempora.continua meſſe ſeneſcit ager.
Latmius eudimion non eſt tibi luna rubori:
Nec cephalus roſeæ præda pudenda deæ.
Vt taceam de te.quem nunc quoq; luget adoni
Vnde habet enean:hermionenq; uenus?
Ite per exemplum genus o mortale dearum:
Gaudia nec cupidis ueſtra negate uiris.
Vt iam decipiant:quid perditis? omnia conſtãt
Mille licet ſumant.deperit inde nihil.
Conteritur ferrum:ſilices tenuantur ab uſu.
Sufficit:& damni pars caret illa metu:
Quis uetet appoſito lumen de lumine ſumi?
Quiſue cauum uaſtas in mare ſeruat aquas?
Et tamen ulla uiro mulier non expedit inquit:
Quid niſi quam ſumis dic mihi perdis aquam?
Nec uos proſtituit mea uox:ſed uana timere
Damna uetat.damnis munera ueſtra carent:
Sed me flaminibus uenti maioris iturum.
Dum ſumus in portu prouehat aura leuis.
Ordiar a cultu:cultis bene liber ab uuis
Prouenit:& culto ſtat ſeges alta ſolo.
Forma dei munus:forma quota quæq; ſuperbit
Pars ueſtrum tali munere magna caret.
Cura dabit faciem.facies neglecta peribit.
Idaliæ ſimilis ſit licet illa deæ.
Corpora ſi ueteres non ſic coluere puellæ:
Nec ueteres cultus ſic habuere uiri.
Si fuit andromache tunicas induta uagantes
Quid mirum? duri militis uxor erat.
Scilicet aiaci coniunx ornata ueniret
Cui tegmen ſeptem terga fuere boum.
Simplicitas rudis ante fuit:nunc aurea roma ẽ:
Et magnas domiti poſſidet orbis opes:
Aſpice quæ nunc ſunt capitolia:quæq; fuerunt.
Alterius dices illa fuiſſe iouis.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Curia conſilio nunc eſt digniſſima tanto.
De ſtipula:tatio regna tenente fuit.
Quæ nũc ſub phœbo:ducibuſq; palatia fulgẽt
Quid niſi araturis paſcua bobus erant?
Priſca iuuent alios:ego me nunc deniq; natũ
Gratulor:hæc ætas moribus apta meis.
Non quia nunc terræ lentũ ſubducitᷓ aurũ
Lectaq; diuerſo littore concha uenit.
Nec quia decreſcũt effoſſo marmore mõtes:
Nec quia cæruleæ mole fugantur aquæ.
Sed quia cultus adeſt:nec noſtros mãſit ĩ ãnos
Ruſticitas priſcis illa ſuperſtes auis.
Vos quoq; non charis aures onerate lapillis.
Quos legit in uiridi decolor indus aqua.
Nec prodite graues ĩſuto ueſtibus auro.
Per quas nos petitis ſæpe fugatis opes.
Munditiis capimur:nec ſint ſine lege capilli.
Admotæ formam dantq; negantq; manus.
Nec genus ornatus unũ ẽ:ꝙ quanq; decebit
Eligat:& ſpeculum conſulat ante ſuum.
Longa probat facies capitiſ diſcrimina puri.
Sic erat ornatis laodomia comis.
Exiguum ſumma nodum ſibi fronte relinqui
Vt pateant aureſ ora rotunda uolunt:
Alterius crines humero iactentur utroq;:

quinius ſtruxit. Horatius poſtea conſul dedicauit:euerſũ deĩde bellis ciuib⁹(ut Appian⁹docet)inſtaurauit Sylla. Dedicauit Catullus. Tertio bellis Vitelianis inſtaurauit Veſpaſianus:eo deinde mortuo incenſum Domitianus iterũ erexit. De capitolii incendio & inſtauratione plura legito apud Cornelium Tacitum in libr o.xyiiii. Quæq; fuerunt:uel ſub tarquinio:uel Romulo regnante:unde in faſtis quoq; ita ſcribit Ouidius. Iuppiter anguſta uix tutus ſtabat in æde. Inq; iouis dextra fictile fulmen erat. Frondibus ornabant quæ nunc capitolia gẽmis. Curia conſilio. Curiam duorum generũ fuiſſe ſcribit Varro. ubi curarent ſacerdotes res diuinas:ut curiæ ueteres:& ubi ſenat⁹ humanas:ut Curia Hoſtilia:quã primus ædificauit Hoſtilius. Rex:ante hanc roſtra erant:de quibus ĩ octauo ita liuius ſcribit. Naues antiatum partim in naualia romæ ſubductæ:partim incenſæ:roſtriſq; earũ ſuggeſtum in foro extructũ adornari placuit:roſtraq; id templum appellatum: ubi autem fuerint roſtra docet etiã Pedianus. Erant inquit tunc roſtra:non eo loco:quo nunc ſunt:ſed ad comitium prope iuncta curiæ:de qua nunc intelligit Ouidius. De ſtipula ſic etiam Virgilius. Romu'eoq; recens horrebat regia culmo. Tatio regna tenente. T. Tatio ſabino pariter cum romulo regnante:ut Liuius docet. Quæ nunc ſub phœbo. Apollinis palatini templũ intelligit: quod in palatio Auguſtus ædificauit. Suetonius: templũ Apollinis ea parte palatinæ domus excitauit:quam fulmine ictam deſiderari adeo haruſpices ꝓnunciarunt. Addita porticus cũ bibliotheca latina græcaq;:quo loco iam ſenior ſæpe etiam ſenatũ habuit. porticus & templi Apollinis palatini meminit etiam Propertius multis uerſibus ĩ ea elegia:quæ ſic incipit. Quæris cur ueniam tibi tardior. Ducibuſq; palatia fulgẽt: per duces imperatores deſignat. & Auguſtũ potiſſimum ac Viberium:quorũ alter in palatio habitauit. Alter uero illic etiam natus ẽ:ut docet Suetonius Palatiũ autem ideo appellatũ eſt:ꝙ(ut Varro docet) Palantes cum euãdro uenerũt:qui ẽt palatini & aborigines ex agro rheatino:qui appellatur palatium ibi conſederunt. Alii a palatia uxore latini putauerunt. Sunt qui a pecore dictum putant. Itaq; Neuius Ballantiũ appellat. Virgilius Pallanteum dictũ ſcribit a pallante arcade. Liuius a pallãteo mõte arcadiæ palantium:Deinde palatinũ montẽ appellatũ putat:Lentum aurũ.uel tardum inuentu uel flexibile ut plũbũ. Subducitur effoditur.nã cuniculis ꝑ magna ſpatia actiſ cauantᷓ mõteſ ad lucernarũ lumĩa:ut docet Plinius:a formicis aut gryphibus apud ſcythas eruitᷓ. Cõcha uenit:Margaritas intelligit:quæ naſcuntᷓ in cõchis:Earũ dos oĩs ĩ candore:magnitudine:orbe:leuore:pondere:his nomen Vnionũ romanæ ĩpoſuere delitiæ:qm̃ nulli duo repiantᷓ indiſcreti.auctor Plinius: Diuerſo littore: rubri.ſ.& indici maris:ubi clariores naſcuntᷓ.ut idem Plinius docet. Effoſſo marmore ex quibus locis marmora effoſſa in urbem ueherentur:diximus in primo:Nec quia cæruleæ.nec quia mollia & ſumptuoſiſſima erigũtᷓ ædificia:ubi fuerãt maria:quæ a pleriſq; romanis ſterni ſolita docet Saluſtius his uerbis:Nã qd ea memorem quæ niſi his qui uidere nemini credibilia ſũt:a priuatis cõpluribus ſubuerſos montes:Maria conſtrata eſſe: Scribit etiam Plutarchuſ Lucullũ iuxta mare circa neapolim altiores profundis foſſis tumulos ſuſpẽdiſſe.& maritimas ædes:eaſq; ampliſſimas ædificaſſe:ubi diſcurſus maris piſcoſoſq; riuos ædib⁹ circunduxerat:quib⁹ opib⁹ Stoicus Tubero:uel(ut plinius ſcripſit(põpeius Xerxem eum ex cogato homine appellauit. Admotæ manus.ad ornãdũ adhibitæ. Diſcrimina diuiſionem capillorum.puri capitis:ſine ullo uelamĩe. Exiguũ nodum:cries in orbem redactos:quem Cĩcinum Iuuenalis:Annulum Martialis appellat. Iactetur utroq; humero:per colla demiſſi fluant

Capitoliũ euerſum & ĩſtauratũ
Curiæ duorum generũ.
Roſtra.
Apollinis palatini templum
Palatiũ.
Margaritæ Vniões
maria a romaniſ ſtrata
Xerxes. Togat⁹
Cicinus



Talis es aſſumpta phœbe canore lyra.
Altera ſuccinte religetur more dianæ:
Vt ſolet attonitas quum petit illa feras.
Hanc decet inflatos laxe iacuiſſe capillos:
Illa ſit aſtrictis impedienda comis.
Hanc decet ornari teſtudine cyllenæa:
Suſtineat ſimiles fluctibus illa ſinus.
Sed neq; ramoſa numerabis in ilice frondes.
Nec quot apes hyble:nec quot in alpe feræ.
Nec mihi tot cultus numero cõprẽdere fas ẽ:
Adiicit ornatus proxima quæque dies.
At neglecta decet multas coma:ſæpe iacere
Heſternam credas:illa repexa modo eſt.
Ars caſum ſimulet:ſic capta uidit in urbe
Alcides iolen:hanc ego dixit:amo.
Talem te bacchus ſatyris clamantibus heuhoe:
Suſtulit in currus gnoſi relicta ſuos.
O quantum indulget ueſtro natura decori!
Quarum ſunt multis damna pianda modis.
Nos male detegimur:raptiq; ætate capilli:
Et borea frondes excutiente:cadunt.
Fœmina caniciem germanis inficit herbis:
Et melior uero quæritur arte color.
Fœmina procedit denſiſſima crinibus emptis
Proq; ſuis alios efficit ære ſuos.
Nec pudor eſt emiſſe palam:ueniſſe uidemus.
Herculis ante oculos:uirgineumq; chorum.

Succinctæ dianæ:agili:& expeditæ. Religetᷓ:capillos poſt ceruicem collectos aſtringat:ita tñ ut defluant.ut nunc cyprias fœminas uidemus. Inflatos capillos.tumentes:& parũ aſtrictos. Teſtudine cylenæa.reticulo curuo in modũ teſtudinis:quo utuntur mulieres ad ornatũ capitis. Iuuenalis. Reticuluq; comis auratũ in gẽtibus ĩplet. Teſtudinẽ ãt cillenæã appellat:qm̃ cillenius mercurius dicitᷓ a cillene monte arcadiæ:qui(ut ſcribit Diodorus)ad formã teſtudinis Lyrã inuenit hoc mõ. Quum regrediens nilus in ſuos meatus.uaria in terris reliquiſſet:aĩalia.relicta ẽt teſtudo ẽ:quæ quũ putrefacta eẽt & nerui eius remãſiſſent extenti ĩtra coriũ ꝑcuſſa a Mercurio ſonitum dedit:ex cuius imitatione cithara ẽ compoſita:ut docuit Seruius in quarto georgicorũ Suſtineat ſimiles fluctibus.alia quoq; ita aſtringat capillos:ut illi fluctus imitari uideantᷓ. In alpe.in montibus poſuit ſpeciẽ pro genere. Sunt.n. Alpes mõtes altiſſimi:q italiam a Gallia:& Germania diſterminãt.q̃s Hãnibal cũ exercitu traiecit. Iuuenalis: & mõtẽ rupit aceto:dictæ ſunt Alpes(ut Põpeiuſ ſcribit)ab αλφн qd cãdidũ ĩterpretatᷓ qa ꝑpetuis niuibus albeſcũt: Seruius nomen a gallis:ĩditũ putat:q montes altos Alpes uocãt:de Alpibus plura legito apud Siliũ ĩ quarto: Tot cultus.tot ornandi modos. Adiicit ornatus.nouos cultus fœminæ in dies excudũt:id qd ẽt noſtra tẽpeſtate fieri uidemus. Illa repexa. pauloante ornata iterum repectitᷓ. Ars caſum ſimulet:capillos caſu in ornatos eſſe ſimulabis: quum tamen eos pexueris:Sic capta uidit in urbe. Hercules Iolen Euriti filiam ĩ œchalia dominãtis uxorẽ petiit:pater quia Megarã uxorẽ ille pauloante dimiſerat: ueritus ne idẽ filiæ eueniret:ſup eo ſe matrimonio cõſultorũ dixit. Hercules fruſtratus ſponſa:ĩ ætoliã uenit:& Deianirã œnei ex Althea duxi. uxorẽ. Deĩde ĩ œchaliã contra Euriti liberos:qm̃ Iole uxor ei negata fuerat:exercitũ duxit:urbe capta Euriti filios Toxeum. Molionẽ:ac pytiũ occidit: Iolẽ uero abduxit:quam miro amore proſecutus eſt.auctor Diodorus. Heu hoe.uox eſt bacchãtis. Cnoſi relicta. Ariadnã ſignificat:cuius Fabulã Diximus. Indulget ueſtro decori:facit uos decere. Damna piãda.qa corporis uitia celatis. Raptiq; ætate capilli. Defluuiũ capillorum(ut Plinius ſcribit) ĩ muliere rarũ:ĩ ſpadonibus nõ uiſum:nec in ullo ante ueneris uſum.nec ĩfra cerebrũ:aut ĩfra uerticẽ:aut circa tẽpora atq; aures. Caluitiũ uni tãtũ animaliũ homini.ꝑter q̃ ĩnatũ.nã q̃dã aĩaliũ naturaliter caluẽt.ſicut Strutio'cameli.& corui aquatici.q̃bus inde apud græcos nomẽ ẽ. Fœmina caniciẽ Oſtẽdit fœminas ætatis ẽt uitia poſſe celare. Sic & Tibullus. Tũ ſtudiũ formæ ẽ.coma cũ mutatur: ut annos Diſſimulet uiridi cortice tincta nucis. Germanis herbis.q̃bus germani utuntᷓ ad colorãdos capillos. Eos.n. Strabo ſcribit maxime comas nutrire. Aut herbã ĩtelligit.q̃ in gallia. Glaſtũ appellatᷓ quo britannorũ cõiuges.nuruſq; toto corpore oblitæ.q̃buſdã ĩ ſacris nudæ ĩcedũt æthiopũ colorem imitãtes ut Plinius refert. Scribit ẽt cæſar ĩ q̃nto cõmẽtariorũ britannos oẽs glaſto infici:quod cæruleũ efficiat colorẽ. Caniciẽ.canos capillos. Vero:natiuo colore. Crinibus emptis. Fœminæ enim defluentibus capillis.alienis utuntur:quos Proptius externos appellat. Ouidius ad corinnã. O q̃ ſæpe aliquo crinem mirante rubebis. Et dices empta nunc ego merce probor:& Martialis. Dentibus atq; comis nec te pudet uteris emptis. Herculis ante oculos. Hercules romæ ædem habuit foro boario proximam:ut ſcribit Dionyſius:ubi eius dei ſtatuã ſacrauit. Euander:& triumphalis dicebatᷓ

Reticulũ teſtudineum Cyllenius Lyra inuenta.
Alpes.
Hercules iolen abduxit
Defluuium. Capillorum
Germanæ herbæ.
Glaſtũ:
Capilli. Externi
Herculis ædes

Hercu= les triū= phalis Aedes Hercu= lis Muſarū

& per triumphos ueſtiebatur habitu triumphali auctore Plinio:huius templū(ut ſolinus docet) nec canes:nec muſcæ ingrediebantur:cuius rei cauſam hanc eſſe arbitratur: ꝙ quū uiſcerationē ſacrificolis daret muſcarū deū dicitur īprecatus:clauā uero in aditu reliquiſſe: cuius olfactū refugerent canes. Fuit & romæ ad portā Trigeminā iuxta Tyberim ædes herculis:quā.M.Octauius Herenus impetrato a magiſtratibus loco conſecrauit:ut Macrobius ſcribit:in quo ex decimis ſacra deo offerri ſolita refert Diodorus.Fuit quoq; ad circū Flāminium ædes herculi cū muſis cōmunis:cuius rei cām aſſignat in prob.Plutarchus.Macrobius Fuluium nobiliorē faſtos ī æde herculis muſarū poſuiſſe ſcribit.Ille.n.primus ædem herculis muſarum ædificauit:ex pecunia cenſoria: nō id mō ſecutus:ꝙ ipſe lris:& ſūma poetæ amicitia duceretur:ſed ꝙ ī græcia quū eſſet īperator acceperat herculē muſagetē .i.comitē ducemq; muſarū: idēq; primus nouē ſigna:hoc eſt oīum camœnarum ex ambracienſi oppido trāſlata ſub tutela fortiſſimi numinis conſecrauit:ut res ē: quia mutuis operibus & pmiis ornari iuuariq; deberent muſarū quies defenſione herculis:& uirtus herculis.uoce muſarū: auctor Nazarius in panægyrico conſtantini: eā igitur ædem poſtea refecit Martiꝰ Philippus Auguſti uitricus:ut Sueto.docet:& in ſexto faſtorū Ouidius ita ſcribit.Sic ego:ſic clio:clari monumenta Philippi Aſpicis.unde trahit Martia caſta genus.Martialis puſillum appellat herculem iuxta Tyberim:ad eius differentiā:qui erat foro boario proximus:qui maximus dicebatur:qm̄(ut docet Dionyſius)ibi erat ara:quæ a romanis dicebat̃ maxima:cuius ēt meminit Maro:ad quā hercules decimā obtulit.Fuit ēt Hercules apud circū maximū in æde pompeii magni opus myronis: cuius meminit Ouidius in faſtis.Altera pars circi cuſtode ſub hercule tuta eſt.Quod deus euboico carmine nomen habet.Virgineūq; Chorum.muſarū cœtū quæ ſunt nouem:quārū nomina: & ſignificationes legito apud Diodorū in qnto.Segmenta ueſtes aureas:unde ſegmētatus.Iuuenalis.Et ſegmētatis dormiſſet paruula cunis.& ſegmentarii(ut Probus ſcribit)dicunt̃ q ueſtes ex auro elaborant.Segmentū ēt ſcribit ſeruius eſſe ornamentū colli quod monile appellamus.Sunt ēt ſegmenta faſciolæ quædā: q extremā ptē ueſtis ambiunt:a crebris ſectionibus appellata.Iuuenalis.Segmēta & lōgos habitus monilia ſumūt:ſegmenta ēt circulos appellamus.Plinius plura ſunt āt hæc ſegmenta mundi:noſtri circulos appellauere:græci paralelos:ſegmentū præterea ſignificat quiſquilias rerū ſectarum a ſeco uerbo: mutatione c in g.plinius.Craſſior.n.harena laſſioribus ſegmentis terit. Nec quæ de tyrio murice.

Hercu= les Muſage tes

Hercu= les puſillus. hercules Maximꝰ hercules apud circū maximum Segmta ſegmēta tus: ſegmēta rii

> Quid de ueſte loquar? nō iam ſegmēta requiro
> Nec quæ de tyrio murice lana rubet
> Quum tot prodiet in pretio leuiore colores:
> Quis furor eſt cenſus corpore ferre ſuos?
> Aeris ecce color:tū quū ſine nubibus aer.
> Nec tepidus pluuias concitat auſter aquas.
> Ecce tibi ſimilis.qui quondā phryxon & hellen
> Diceris inoiſ eripuiſſe dolis
> Hic undas imitat̃:habet quoq; noma ab undis:
> Crediderim nymphas hac ego ueſte tegi.

Tyrus ī ſula Tyria purpura purpure color duplex. Cæſius color Hiacyntinus color phrixi & helles Fabula. Helleſ= pontus. Glaucuſ color Hialus: Glaucū. Glauce.

Tyrus quondam inſula præalto mari ſeptingentis paſſibus diuiſa:poſtea uero Alexandri magni oppugnātis opibꝰ.cōtineris.nobilis fuit cōchilio atq; purpura:quæ oīum optima erat:ut Strabo ſcribit:unde ouidius de remedio ita inqt.Cōfer amyclæis medicatū uellus abenis Murice cū tyrio:turpius illud erit:Purpuræ aūt color duplex erat:puniceus.qui in africa naſcebatur:& rubens:qui in tyro: Tibullus:Illi ſelectos certen præbere colores Africa puniceū purpureumq; tyros:Suos cenſus:quicquid poſſident. Aeris ecce color.is cæſius appellatur:a cœli colore ut Gellius docet.eum quidam hiacyntinum appellant:uulgo cœleſtem dicimus. Qui quondā phrixon:& hellen:qui color aeris erat:quum phrixus tranſfretauit nouercam fugiens ſunt;qui referēdum putent ad aureum arietis phrixei colorē:quod non placet:phrixus Athamantis regis thebarū ex neiphyle filius nouerce īſidias declinans:una cum ſorore belle græcia aufugit:quibus tranſfretantibus iuxta quoddam deorum oraculum ex europa in Aſiam ſuper aureo ariete:aiunt uirginem in mare delapſam dediſſe helleſponto nomen:phrixum in ponto proficiſcentem delatum in colchida:qui quum ſecundum oraculum arietem ſacrificaſſet:pellem in templo Martis ſuſpendit.auctor Diodorus: Ideo autem fingunt phrixum ab ariete uectum fuiſſe:quoniam(ut Euſebius ſcribit) nauis ei parata erat:cuius inſigne aries erat:palephatus affirmat arietem uocatum nutritorem phrixi:per quem aufugit.Dolis inois:Inſidiis nouerce inus.quibus conati ſunt aufugere Ab ino enim inous deducitur.Ouidius in met.Inooſq; ſinus.Athamantheoſq; pererrat: Hic undas imitatur:Glaucum hoc eſt uiridem colorem deſignat.quem hialum quoq; appellamus:Habet quoq; nomen ab undis:Glaucum enim græci uiride appellant.Vir.& glauca canētia frōde ſalicta:& Glauce una nereidū ita appellata ē.colore mariſ:Crediderī nīphas.idē ur;in georgicis Maro ſignificare:quū īquit:Mileſia uellera nīphe Carpebāt hiali ſaturo fucata colore



Murtia. Venus. Aeme= thiſtinꝰ color ſtrimo= niæ grues. ſtrimon

Roſida dea:aurora.Luciferos equos:equos lucem ferentes. Paphias myrtos:ueneri dicatas: unde romæ ara uetus fuit ueneris myrtæ:quam Murtiam uocabant:Liuius.Ad Murtiæ datæ ſedes De myrto plura legito apud Pli.in.xy. Amethiſtos:Amethiſtinus color eſt uiolaceus.ab amethiſto gemma appellatus:De quo Plinius hæc:Aliū Amethiſton:qui uiola & ipſe in purpureum:quemq; Ianthinum appellauimus:quamuis falſo in pleriſq; codicibus hycinthinū quidam legi exiſtiment:De Amethiſtina ueſte Martialis.Amethiſtinaſq; mulierum uocat ueſtes.Threiciam ue gruem:quam. Maro Strimoniā appellauit:Eſt.n.Strimon Macedoniæ terminus:quam a thracia diuidit ad quam æſtatis tempore multæ aduolāt grues. Nec glandes amarylli tuæ Alludit ad illud Maronis carmen Caſtaneaſq; nuces mea quas amaryll is amabat: colorē autem eum deſignat.quem in caſtaneis uidemuſ.Nomina æra dedit cæruleū.n.a colore cæræ appellamus color eſt medius inter uiridem & nigrum:ut docet Seruius: Plures ſaccos plures colores. Pulla decet niueas:nigra ueſtris candidam decet puellam.Pullum enim nigrum appellamus unde pullati proceres: Quúm rapta eſt:uel ab Achille:diruta eius patria:uel ab agamemnone achilli erepta miſſis præconibus Taltybio:& Eurybate:qui eam deduxere inuitem.mœſtā.& pœne ire recuſantem.ut in primo iliados ſcribit Homerus:

> Ille crocum ſimulat.croceo uelatur amictu:
> Roſida luciferos quum dea iungit equos:
> Hic pahyas myrtos:hic purpureos amethiſtos
> Albentes ue roſas:threiiciam ue gruem.
> Nec glādes amarylli tuæ:nec amygdala deſunt
> Et ſua uelleribus nomina cæra dedit.
> Quot noua terra parit flores:quū uere tepēti.
> Vitis agit gemmas:pigraq; fugit hyems.
> Lana tot aut plures ſuccos bibit:elige certos:
> Nam non conueniens omnibus unus erit.
> Pulla decet niueas briſeida pulla decebat.
> Quum rapta eſt:pulla tum quoq; ueſte fuit.
> Alba decent fuſcas:albis cephei placebas.
> Sic tibi ueſtitæ præſſa ſeriphos erat:
> Quam ſæpe admonui:ne trux caper iret in alas
> Neue forent duris aſpera crura pilis.
> Sed non caucaſea doceo de rupe puellas:
> Quæq; bibunt undas myſe caice tuas:
> Quid ſi præcipuum:ne fuſcet inertia dentes?
> Oraq; ſuſcepta mane lauentur aqua?
> Scitis & inducta candorem quærere cæra:

Cærule um.

pullum. pullatū.

ſeriphoſ

Danae cū pſeo reperta a dicte ſeriphii ī lapides.

Cephei:Andromede filia cephei æthiopum regis.Preſſa ſeriphos.uel a te calcata & habitata:quum in eam delata es a perſeo:uel parū mari eminens:Eſt enim Seriphos parua inſula cycladum uua in qua ea facta uulgantur:quæ dicuntur in fabulis: Dicunt enim Dicten piſcatorē in eam inſulam arcam adduxiſſe rætibus:in qua perſeus cū matre Danae poſitꝰ tenebat̃.quos pater Acriſius ī mare abiecerat:ī ea educatū fuiſſe Perſeū tradunt:qui cū caput Gorgonis allatū Seriphiis oſtēdiſſet uniuerſoſ mutauit in lapides idq; in matris ultionē:quia illis adiutoribus ſeriphi rex Polydectes nuptiis inuitā adægiſſe conſtituiſſet:Adeo autē conſtat lapidoſam eſſe ſeriphum.ut inſpecta gorgone obueniſſe dicant.auctor ſtrabo:Ne trux caper iret in alas:ne male olerent alæ:in quibus hircū cubare prouerbiū fuiſſe diximus: Alexander aphrodiſeus ſcribit axillam ideo grauiſſime olere:ꝙ ſpiramentis careat: grauem aūt odorem in his præcipuum eſſe propter puttredinem:quæ ibi gignitur ob humiditatis moram:quæ nec dimouetur:nec exercetur:uirus aūt alarū & ſudores ſedari Alumine docet Plinius libro. xxxy.Sed non caucaſea.non doceo hæc fœminas barbaras & incultas & montium incolas:Eſt enim Caucaſus mōs ab India uſq; ad taurū porrectus:qui pro gentium & linguarum uarietate quoquo uerſum uadit.diuerſis nominibus nuncupatur:Vbi autem ad orientem in excelſiorem conſurgit ſublimitatem.propter niuium candorem Caucaſus nuncupatur:nam orientali lingua caucaſum ſignificat cādidum:auctor ptolemæus.Strabo ſcribit Macedonibus cum Alexandro in Indiam profectis caucaſum uocatum eſſe:Solinus refet Montem Caucaſum ab india incipere:& maximā orbis partem perpetuis iugis penetrare. Myſe caice:Caicus(ut Plinius ſcribit)fluuius eſt phrygiæ a myſia ueniens. Ne fuſcet:ne rubiginoſos dentes eſſe patiatur.Mane lauent̃ aqua:ne rubiginem contrahant: aut uioletur halitus:quod fit ciborū ac dentiū uitiis.ſed maxime ſenio:Vtile ē autē mero āte ſomnos colluere;propter halitum:frigida aqua matutinis impari numero ad cauēdū dentiū dolores.auctor Plinius Inducta cæra:ſuperīducta ceruſa:Martialis.Sic q nigrior ē cadēte moro.Ceruſata ſibi placet licoris: Colores āt qbus mulieres faciē uenuſtant.hi præcipui ſunt.Ceruſa: Terra chia.Selinuſia.Melinū: &

Ad ſedā dū alarū uirus Cauca= ſus caicus Quō halitus uiolatur colores ad faciē uenuſtā dam.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

purpuriſſum:de quibus plynius multa. Arte rubet.ſuperinducto ſcilicet ſuco. Arte ſupercilii : fœminæ calamiſtro & coloribus raritatem ſuperciliorum emendabāt:unde Plinius ſcribit Vrſino adipe miſto ladano capillorum defluuia contineri:& raritatem ſuperciliorum cum fungis lucernarum.ac fuligine:quæ eſt in roſtris earum emendari:quod notat etiam Iuuenalis eo uerſu:Ille ſupercilium madida fuligine tinctum Obliqua producit acu. Parua aluta.Paruum tectorium:quaſi quædam pellis. Eſt enim Aluta mollior pellis.unde alutarium piſcem apud Plinium legimus:& in commentariis cæſar ſcribit gallos ueliis ex alutis tenuiter confectis uti ſolitos fuiſſe:Iuuenalis Alutam pro crumena poſuit. Nec pudor eſt oculos:Cinere :& croco utebantur mulieres ad uenuſtandos oculos utebantur etiā Stibio:Vnde in ſacris litteris Ezechiel inquit : Circumliniſti tibi oculos tuos Stibio:& ornata es mundo muliebri: de Stibio ſiue Stibia(utroque enim genere profertur(plura legito apud Plinium ī libro. xxxiii.potes hic intelligere de eo Aluminis genere:quod Melinum appellat Plinius ad inſula Melo:id combuſtum carbonibus donec cinis fiat . oculorum ſcabritias extenuat:uis enim eius aſtringit ob id oculorum uitiis aptiſſimum eſſe plinius docet plautus in muſtellaria:Neque ceruſam:neque Melinum oportet attingere Eundem uſum præſtat Sinopis a Sinope urbe appellata: Lucide cydne Cydnus fluuius eſt ciliciæ quem a tauro ortum habere ſcribit Strabo:Alii ex alueo cohaſpidis deriuari tradunt ut docet Solinus. Tharſum liberam urbem procul a mari ſecat.in cilicia autem optimum crocum naſcebatur: quo in uenuſtandis oculis utebantur. Eſt mihi quo dixi.libellum.Ouidius compoſuit de medicamine faciei:quem deſideramus:nam is:qui extat non Ouidii eſſe quidam arbitrantur. Læſæ:faciem læſam.& uiolatam habentes. Hinc.ex eo libello Pixidas.uaſa ex buxo. Ars diſſimulata.uenuſtandi artem non detegendam eſſe præcipit. Eſopa quid redolent.Sordes pecudum:ſudorque fœminum alarūque adhærentes lanis Eſopum uocant.Ignumeros prope uſus habent:in atticis ouibus genito palma fit pluribus modis.Sed probatiſſimum lana ab his partibus recenti concepta.aut quibuſcunque ſordibus ſuccidis primum collectis:ac lento igni in æneo uaſe ſufferuefactis.& refrigeratis:pinguique qđ ſupernatat collecto in fictili uaſe:iterumque decocta priore materia . quæ pinguitudo utraque frigida aqua lauatur:& linteo ſiccatur: ac ſole torretur : donec candida fiat : ac tranſlucida : tum inſtannea pixide conditur. Probatio autem ut ſordium uirus oleat : & manu fricante ex aqua non liquetur:ſed albeſcat: ut ceruſſa . oculis utiliſſimum contra inflammationes : genarumque callum: auctor. Plinius. Signa myronis. Myrones duos fuiſſe Plinius ſcribit. Alterum lycium polycleti diſcipulum:qui floruit olympiade octogeſima ſeptima. Alterum uero eleuteris natum. A geladis diſcipulum. Bucula eum maxime nobilitauit celebratis uerſibus laudata : fecit & canem:& diſcobolon.& perſea.& criſtas.& ſatyrum admirantem tibia, .&. Mineruam: Delphicos pentathlos:pancratiaſtas: Herculem qui eſt apud circum maximum in æde pompeii magni.ut antea docuimus:fecit & cicadæ monumentum & locuſtæ.& Apollinem:quem a triumuiro. Antonio ſublatum reſtituit epheſiis Diuus Auguſtus in quiete monitus. Pondus iners: æs ſine forma. Colliditur aurum:Malleo cuditur:uel liqueſcit.Nuda uenus:potes intelligere de ea uenere:quæ

Ad raritatem ſuperciliorum.
Aluta.
Alutarius piſcis
ad uenuſtandos oculos ſtibia
Melinū
Sinopis
cydnus.
Eſopum
Mirões duo
Venus nuda

Sanguine quæ uero non rubet:arte rubet.
Arte ſupercilii confinia nuda repletis:
Paruaq; ſinceras uelat aluta genas.
Nec pudor eſt oculos tenui ſignare fauilla:
Vel prope te nato lucide cydne croco.
Eſt mihi:quo dixi ueſtræ medicamina formæ.
Paruus:ſed cura grande libellus opus.
Hinc quoque præſidium læſe petitore puellæ.
Non eſt pro ueſtris ars mea rebus iners.
Non tamē expoſitas menſa deprendat amator:
Pixidas:ars faciem diſſimulata iuuet.
Quem non offendat toto fex illita uultu:
Quum fluit in tepidos pondere lapſa ſinus:
Eſopa quid redolet?quāuis mittantur athenis:
Demptus ab immundæ uellere ſuccus ouis:
Nec coram miſtas ceruæ ſumpſiſſe medullas:
Nec coram dentes perfricuiſſe probem
Iſta dabunt faciem:ſed erunt deformia uiſu.
Multaq; quum fiunt turpia:facta placent
Quæ nunc nomen habēt operoſi ſigna myrōis
Pondus iners quondam:duraq; maſſa fuit
Annulus ut fiat:primo colliditur aurum:
Quas geritis ueſtes ſordida lana fuit.



(ut Plynius ſcribit)erat intra octauiæ porticus in æde iouis:quā heliodorus:quod eſt alterū in terris ſymplega nobile lauantem ſeſe fecerat:ut non imerito poeta dixerit eam madidas comas exprimere. Magis placet loquatur de uenere praxitelica nuda illa gnidiam antecedente:& quæcunq; alium locū nobilitant:quæ fuit in templo bruti callaici apud circū flamineū:cuius meminit plynius.Exprimit imbre comas:tanquam exiens e mari.ex quo nata fertur:talem enim eam fecerat:qualem etiam appelles pinxerat. Aptius a ſumma:aptius inquit aſpiciere ab ante.Quum extremam manū impoſueris tuo cultui. Aurea ſigna quæ inter columnas locabantur:unde in.M.ſcauri theatro legimus ſigna ærea inter colūnas fuiſſe numero tria millia. Tenuis brachtea:tenuis lamina Virgili⁹:ſic leni erepitabat brachtea uento. Moroſa:difficilis.querula. Tuta ſit ornatrix:ſit ſecura:ne eam pulſes.In æde:in loco minime uiris peruio. Bonæ deæ:ad quam uiris non eſt acceſſus. Propertius.ſacra bonæ maribus nō adeunda deæ.Bona aūt dea. quam græci Gineciā nominãt.romæ colebatur. Eam phryges midæ nepotes regis parentem aſſerunt. Romani Driada puellā fauni uxorem exiſtimabant:nōnulli græcorum illam ex liberi nutricibus eſſe:quam nefari liceat:unde & mulieres:quū feſtos ei dies peragunt tabernacula in uitigineis intexunt ramis. Sacrum præterea draconem deæ ſecundum fabellam erigunt:dumq; ei ſacra celebrantur:neq; eo uirum accedere : neq; domi adeſſe fas eſt.In eis ſacrificiis ipſe inter ſe mulieres multa orphicis conſentanea facere traduntur. Quum igitur ea inſtant ſolemnia:uir ipſe:ſeu præturam. ſeu cōſulare gerat imperium : cunctiq; mares una commigrant. Vxor domum ornatiſſime extruit:ibi maxima ſacrorum pars noctu peragitur promiſcua ſonis: & cantibus loca longas exercent uigilias:auctor plutarchus.Cicero etiam in oratione pro haruſpicum reſponſis hæc inquit. Quod quidem ſacrificium nemo niſi p.Clodius omni memoria uiolauit nemo unquam adiit: nemo neglexit:nemo uir aſpicere nō horruit.quod fit per uirgines ueſtales : fit per po.Ro.fit in ea domo.quæ eſt in imperio fit incredibili cerimonia.fit ei deæ.cui ne nomen quidem uiros ſcire fas eſt. Perverſas comas.capillos confuſos.& diſturbatos. Tam fœdi pudoris.ut deprehendatur puella dum ornat caput. In nurus parthas.in uxores parthorum:hoſtes romani nominis. Pecus mutilum.comminutum & ſine cornibus.unde plinius ſcribit mutilis capris eſſe lactis maiorem hubertatem. Et ſine fronde frutex. Frutex uirgultum eſt:quod ad iuſtam arboris magnitudiuem nō excreſcit.& ſtatura ſimilis eſt multis herbis. Et ſine crine caput.Docet etiam Apuleius mulierem ſine capillis minime placere.cuius uerba quoniā lepidiſſima ſunt appoſui. Ita enī ſcribit.Si cuilibet eximiæ pulcherrimæq; fœminæ caput capillo ſpoliaueris.& faciem natiua ſpecie nudaueris.licet illa cœlo deiecta.mari edita.fluctib⁹ educata .licet inq̄ Venus ipſa fuerit:licet omni gratiarum choro ſtipata.& tota cupidinum populo comitata.& balteo ſuo cincta.placere non poterit ne uulcano ſuo. Non mihi ueniſtis ſemele.non hæc ſcribuntur.

Quum fieret:lapis aſper erat.nūc nobile ſignū
Nuda uenus madidas exprimit ibre comas.
Tu quoq; dum coleris:dū te dormire putem⁹
Aptius a ſumma conſpiciere manu.
Cur mihi nota tui cauſa eſt ſplendoris in ore?
Claude fores thalami:quæ rude cogis opus:
Multa uiros neſcire decet pars maxima rerum
Offendet:ſi non interiora tegas.
Aurea quæ pendent ornato ſigna theatro
Inſpice q̄ tenuis brachtea ligna tegat.
Sed neq; ad illa licet populo:niſi facta uenire:
Nec niſi ſummotis forma paranda uiris.
At non pectendos coram præbere capillos:
Vt iaceant fuſi per tua colla ueto.
Illo præcipue ne ſis moroſa caueto
Tempore:nec nexas ſæpe reſolue comas.
Tuta ſit ornatrix:odi:quæ ſauciat ora
Vnguibus & rapta brachia fixit acu.
Deuouet:& tangit dominæ caput illa:ſimulq;
Plorat ad inuiſas ſanguinolenta comas.
Quæ male crinita eſt:cuſtodem ī limine ponat
Ornetur bonæ ſemper in æde deæ,
Dictus eram ſubito cuidam ueniſſe puellæ.
Turbida peruerſas induit illa comas .
Hoſtibus eueniat tam fœdi cauſa pudoriſ.
Inquæ nurus parthas dedecus illud eat.
Turpe pecus mutilū:turpis ſine gramine cāpuſ
Et ſine fronde frutex:& ſine crine caput
Non mihi ueniſtis ſemele:ledeq; docendæ.
Perq; fretum falſo ſidoni uecta boue.

Bōa dea Ginetia
Mutilū.
Frutex
Mulier ſine capillis

pulcherrimis ut fuit ſemele Cadmi thebarum regis filia:aut læda helenæ mater. Sydoni uecta boue.Europen intelligit:quā ex phœnicia raptam Iuppiter in taurum deformatus in cretam detulit:ex qua genuit tres liberos.Minoem. Rhadamantū & Sarpedonem.Eam poſtmodum Aſterius prole carens duxit uxorem:& iouis filiis adoptatis:eos regni ſucceſſores reliquit.ut auctor eſt Diodorus ſidonis autem Europa dicitur a ſidone urbe:quam a phœnicibus conditam a piſcium ubertate.quos ſidones uocant:appellatam ſcribit Iuſtinus. Troice raptor.Paris troiane. Deteriora:minus.bona.Sunt plura.nam ex centum puellis plures turpes reperies:quam formoſas:uel hoc dicit.quāuis ſint aliquæ formoſæ.tamē & ipſæ arte noſtra indigent:ut pulchriores fiant:quoniā plura ſunt minus bona.quā par ſit. Compoſitum eſt.eſt tranquillum. Ceſſat ab arte ſua.& nauigandi peritia:ſicut formoſa mulier præceptis noſtris minus utitur.

Europeſ Fabula

ſidon ſidones.

Pleno filo.pannus enim quo plenior ē lanæ:eo magis ueſtem efficit latiorem.

Velamina:ueſtes. Laxus.minus auguſtus:fluxus. Purpureis uirgis.ſunt qui uirgam purpuream eam accipiāt:quā plynius ſanguineam appellat:pleriq; Sandycem ĩtelligũt:cuius meminit Maro:quam tñ plynius ĩter fictitios colores numerat alii purpuriſſum. Sinopidem.& alios huiuſmodi fictitios colores in tenues uirgas redactos intelligunt:quod nō placet.Ad pharii confuge piſcis opem:ad medicinā crocodilea appellantur:ea illita ex aqua uerna:tollit morbos omnes quorum natura ſerpit in facie:nitoremq; reddit.auctor Plynius:Potes etiam de ſtercore crocodilli intelligere:quo puellæ utebantur ad cutis nitorem:Horatius:Iā manet humida creta color Stercore fugatus crocodilli.pes malus:turpis pes. Alutha.calceo. Arida crura:macie tenuata. Analectides:Analectides ſunt modici puluinis:qui ueſtibus aptari ſolent:ne humeri altiores uideantur:analigo.n.colligo & aſſumo:ſignificat Faſcia'.quæ dicebatur pectoralis. Scaber unguis.rubiginoſus.aſper.mundus. Rictus:rictus eſt oris pateſactio.tam feræ.q̄ hominis.a rigo uerbo declinatur. peruerſo cachinno.turpi riſu:eſt enim.Cachinnus ſolutior riſus.

Crocodilea:& eorū uſꝰ

Analectides

Rictus.

Cachinnus

Diſcunt poſſe minus:diſcunt bleſa uerba pronunciare.quod negauit illis natura

Aut helene quam non ſtulte menelae repoſcis:
Tu quoq; nō ſtulte troice raptor habes.
Turba docenda uenit:turpeſ pulchræq; puellæ
Pluraq; ſunt ſemper deteriora bonis.
Formoſæ minus artis opē:præceptaq; quærunt
Eſt illis ſua dos forma ſine arte potens.
Quū mare cōpoſitum ē:ſecurus nauita ceſſat
Quum tumet auxiliis aſſidet ille ſuis.
Rara tamen menda facies caret:occule mendaſ
Quaq; potes uitium corporis abde tui
Si breuis es:ſedeas.ne ſtans uideare ſedere.
Inque tuo iaceas quantulacunq; toro.
Hic quoq; ne poſſit fieri menſura cubantis:
Iniecta lateant fac tibi ueſte pedes.
Quæ nimis eſt gracilis pleno uelamina filo.
Sumat:& ex humeris laxus amictus eat.
Pallida purpureis tangat ſua corpora uirgiſ
Nigrior ad pharii confuge piſcis opem.
Pes malus in niuea ſemper celetur alutha:
Arida nec uinclis crura reſolue tuis.
Conueniunt tenues ſcapulis analectides altis.
Anguſtum circa faſcia pectus eat.
Exiguo ſignet geſtu:quodcunq; loquatur.
Cui digiti pingues:& ſcaber ungis erit.
Cui grauis oriſ odor:nunquam ieiuna loquatur
Et ſemper ſpatio diſtet ab ore uiri.
Si niger:aut ingens:aut non erit ordine natus
Dens tibi:ridendo maxima damna feres:
Quis credat? diſcunt etiam ridere puellæ.
Quæritur atq; illis hac quoq; parte decor.
Sint modici rictuſ:paruæq; utrinque lacunæ.
Et ſummos dentes ima labella tegant.
Nec ſua perpetuo contendant ilia riſu.
Sed leue neſcio quid.fœmineūq; ſonet.
Eſt:quæ peruerſo diſtorqueat ora cachinno
Quum riſit.læta eſt altera.flere putes.
Illa ſonat raucum quiddā atq; īamabile ridet:
Vt rudit a ſcabra turpis aſella mola.
Quo nō ars penetrat? diſcūt lachriare decēter
Quoq; uolunt:plorāt.tempore:quoq; modo
Quid quum legitima fraudatur littera uoce?
Bleſaque fit iuſſo lingua coacta ſono:
In uitio decor eſt:quædā male reddere uerba
Diſcunt poſſe minus:q̄ potuere:loqui.
Omnibus his quoniā proſunt:impendite curā.



Hæc mouet arte latus:alia in inceſſu mouet ſe mollius.q̄ par ſit.Extenſos pedes:q̄ſi digitis pedū inſiſtat.Illa uelut cōiunx:alia uelocius incedit:ut uideatur ruſtica:aut uaricoſa.ꝑCōiunx rubicunda:fortis uxor.nec mollis.Vmbri mariti:Vmbri populi italiæ fortiſſimi fuere.quos eorum fœmine in inceſſu imitabanť.Ingentes gradus:ampliores greſſus.'Varica:quaſi uarica.Vari:ſeu uarici dicunť:q obtortis introrſū cruribus:aut pedibus ſeperatis:& diſtortis ambulāt.Perſius:non fallit pede regula Varo. Plinius ēt ſcribit uaros:uatias:Vatienos:Vatinios a cruribus appellatos.Ruſticus alter:ingētes gradus deſignat.Alter erit mollior:eā denotat:quā dixit mouere arte latus. Monſtra maris ſirenes erāt.Puellas admonet:ut cātare deſinant.Sirenes aūt fuerunt acheloi & muſæ caliopes.uel ut alii malunt Terpſicores filiæ:numero tres Parthenope.leucoſia:& ligia:quarum una uoce:alia cithara.tertia tibiis utitur:habent uultus uirgineos:& uocem humanam reliquū corpus in uolucrem deſinit.ut Ouidius in ſexto met.ſcribit:Has aiunt cātus dulcedine naues detinere ſolitas:& ſopitos hoies mergere.Quare quum ulyſſes ante eorum littore nauigaret:ſociorum aures cæra opturauit & illæſus euaſit:Martialis.Sirenes hilarem nauigantiū pœnā Blādaſq; mortes gaudiumq; crudele.Quas nemo quondā dſerebat auditas Fallax ulyſſes dr̄:reliquiſſe.Eas ſcribit Euſebius meretrices fuiſſe ſolitas nauigātes decipere:Habitauerunt āt Sirenes in tractu pelorio:Alii eas ad Sirenuſas inſulas ponūt.quæ pluſq̄ duo milia abſunt ſtadiorū:ſcopulus qdā longus eſt & anguſtus cubitus noīe a deductis ad caprearū fretū locis extēditur:altero ex montis latere Sirenū ſacellū habens:ex altero ad poſſidoniatē ſinū paruæ tres adiacent īſulæ deſertæ:petroſæ:quas Sirenuſas uocant:auctor Strabo.Plynius ſcribit Surrētum cū ꝓmōtorio Mineruæ ſirenō quondā ſedē fuiſſe.Idē ēt Papinius ita cecinit:Eſt inter notos ſirenū noīe muros.Saxaq; tyrrhenæ tēplis onerata mineruæ:& ouidius in.xiiii.met.terraſq; calenti ſulphure fumātes.acheloidūq; ſligt ſirenū ſcopuloſ Siſyphides.ulyſſes ſiſyphi:filius:q Autoliā laertæ deſpōſatā uiolauit:ex eoq; uliſſē peperit:unde apd̄ Oui.Aiax ita loquiť:Quid ſanguīe cretꝰ ſiſyphio furtiſq;.& fraude ſimilimꝰ illi Inſeris æacidis alienæ nomina gentis.Pœne reſoluit corpora:erat.n.malo nauis alligatus. Illita cæra circes conſilio:ne cantus ſuauitate cogeretur exili Referant audita:cantent quæ didicere. Carmina luſa:carmina compoſita.Modis niliacis:canticis ægiptiis.Cantilenæ namq; ægiptiæ & gaditanæ ob laſciuiam maxime placebant:Martialis Cantica qui nili:qui gaditana ſuſurrat.Nec plectrum:Plectrum eſt inſtrumentum citharœdi.quo chordæ plectuntur.ideſt percutiuntur:ut ſcribit Donatus. Martialis:Exornent docilē garrula plectra liram .Rhodopeius.orpheus threiicius. Fuit enim thrax genere.ut Diodorus ſcribit:Filius œagri.& calliopes:doctrina:melodiaq; adeo excelluit:ut non immerito feras:arboreſq; ad ſe audiendum alliceret:nauigauit cum argonautis.atq; ob amorem uxoris ad inferos deſcendens:a Proſerpina ſuauitate cantus impetrauit:ut defunctam uxorem ab inferis excitaret:ut in quarto georgicorum elegantiſſime cecinit Maro. Horatius:Silueſtres homines ſacer interpreſq; deorum Cædibus:& uictu fœdo deterruit orpheus Dictus ob hoc lenire tigres:rapidoſq; leones. Saxa tuo cantu.Iuppiter in ſatyri formam (ut Ouidius ſcribit) Anthiopam nictei filiam:uel Aſopi ſecundum Homerum compreſſit:quæ iram paternam uerita ad Epopeū regē ſytioniū ſe cōtulit:ubi zethō.& Amphionem peperit:quos paſtor educauit. Nicteo deinde mortuo

Vmbri
Vari
Varici

ſirenus

Siſiphuſ

Cantilenæ ægiptiæ & gaditāæ

Plectrū.

Orpheꝰ

Antiopes Fabula zethꝰ:& Amphion

Diſcite fœmineo corpora ferre gradu.
Eſt & in inceſſu pars non temnenda decoris.
Alligat ignotos illa.fugatque uiros.
Hæc mouet arte latus.tuniciſq; fluētibus auras
Excipit extenſos fertq; ſuperba pedes:
Illa uelut coniunx umbri rubicunda mariti.
Ambulat:ingentes uarica fertq; gradus.
Sed ſit ut ī multis modꝰ hic quoq;.ruſticꝰ alter
Motus in inceſſu:mollior alter erit.
Pars humeri tamen ima tui.pars ſumma lacerti
Nuda ſit a leua conſpicienda manu.
Hoc uos præcipue niueæ decet.hoc ubi uidi:
Oſcula ferre humero qua patet uſq; libet.
Monſtra maris ſirenes erant:quæ uoce canora.
Quaſlibet admiſſas detinuere rates.n.
His ſua ſiſyphides auditis pœne reſoluit
Corpora:nam ſociis illita cæra fuit.
Res eſt blanda canor:diſcant cantare puellæ:
Pro facie multis uox ſua læna fuit.
Et modo marmoreis referant audita theatris:
Et modo niliacis carmina luſa modis.
Nec plectrum dextra:citharam tenuiſſe ſiniſtra
Neſciat arbitrio fœmina docta meo.
Saxa feraſq; lyra mouit rhodopeius orpheus:
Tartareoſq; lacus:tergeminumq; canem.
Saxa tuo cantu uindex iuſtiſſime matris.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ob dolorẽ amiſſæ filiæ:eius frater lycus ducto exercitu Epopeũ occidit:Antiopãq; abduxit:quã dircæ uxori cuſtodiẽdã tradidit:Ea quũ fugiſſet.filios ad ulciſcẽdã dircẽ ĩpulit:hi eã reuictã taurorum ſilueſtriũ candis laniarũt ad eũ locũ:q fõtis dircæi ab ea nomẽ accæpit:ũde non immerito Ouidius Amphiona mr̃ is uindicẽ appellauit.Euſebius ſcribit Amphiona thebis regnaſſe:& cãtu citharæ ſaxa mouiſſe qm̃ uaditores erãt duro corde:Scribit ẽt Solinus eſt thebas cõdidiſſe:nõ φ lyra ſaxa duxerit:ſed φ affatus ſuauitate hoĩes rupium ĩcolas:& incultis moribus rudes ad obſequii ciuilis diſciplinam pellexiſſet.

Dircæuſ fons.

Fecerunt muros:thebanos.n.muros lyra ſtruxiſſe dr̃ Amphion. Horatius Dictus & Amphion thebanæ cõditor arcis Saxa mouere ſono teſtudinis.& præce blãda Ducere quo uellet.

Muri thebani

Fecerunt muros officioſa nouos.
Quamuis mutus erat:uoci fauiſſe putatur
Piſcis arionæ fabula nota lyræ.
Diſce etiam duplici genialia nablia palma
Vertere:conueniunt dulcibus illa iocis.
Sit tibi callimachi:ſit coi nota poetæ:
Sit quoq; uinoſi teia muſa ſenis.
Nota ſit & ſapho.quid enim laſciuius illa?
Cuiue pater uafri luditur arte getæ.
Et teneri poſſis carmen legiſſe properti.
Siue aliquid galli:ſiue tibulle tuum.
Dictaq; uarroni fuluis inſignia uillis
Vellera germane phrixæ quærenda tuæ:
Et profugum ænean:alte primordia romæ:
Quo nullum latio clarius extat opus.

Arion

Quãuis mutus erat. Arion uetus & nobilis cantator fidibus fuit.Nota ẽ Fabula Herodoti.plynii Higinii:ſolini:& Gelii monumentis:& Ouidii carmine in ſcdo faſtorũ.Strabo in xiii.ſcribit Arionẽ a pdonib9 ĩ mari obrutum fuiſſe. Diſce etiã duplici genialia nablia palma uertere.

Mabliũ ſiue naulium. Pſalterium.

Nabliũ ſiue nauliũ inſtrumẽtũ ẽ muſicũ:qd barbatũ optinet uocabulũ:ut in decimo docet ſtrabo.Suidas ẽt ſcribit pſalteriũ organũ eſſe muſicũ qd Naula ẽt uocat̃. Genialia:uoluptuoſa delectantia.Iuuenalis.Genialis agatur. Iſte dies.

Callimachus

Sit tibi callimachi:callimachus(ut ſtrabo ſcribi:)progenitorẽm habuit battum:qui cyrenem condidit:poeta ſimul:& grammaticæ ſtudioſus.cui primas ĩ elegia tribuit Quintilianus.Cui poetæ:philetas(ut refert ſtrabo)poeta ſimul:& antiquorum ſcriptorũ cenſor ex eo Inſula cõ feſſione plurimorũ(ut eſt auctor Fabius)ſecundas tenuit in elegiaco carmine.

Philetas

Anacreon

Teia muſa. Anacreon poeta lyricus(auctore ſtrabone)Teon patriã habuit:quem ply.ſcribit acino uuæ paſſæ ſtrangulatũ Vinoſi ſenis.Bibacis anacreontis Oui.Quid niſi cũ multo uenerem cõpeſcere uino præcepit lyrici teia muſa ſenis.

Sappho Sapphicum. Carmẽ.

Nota ſit & ſappho:Sappho Mithylenæa cũ alcæo claruit:cui ĩminima parte poeticæ nullã fœminã cõpandã ĩcribit Strabo.Scripſit.n.elegias.libros lyricos nouẽ. Epigrãmata.Iãbos.& Nenias:carmen inuenit:qd a ſe Sapphicũ denominauit:prima ẽt plectrũ repperit huius poemata legenda ſuadet Oui.qm̃ laſciua erãt:nñ ẽt ĩ triſtibus ita ſcribit:Leſbia qd docuit ſappho niſi amare puellas.& Horatius.Viuũtq; cõmiſſi calores æoliæ fidib9 puellæ.

Terentius Seruorũ nomina

Cui ne pr̃ uafri.Terẽtiũ ĩnuit.q ĩ phormione getã ĩducit chremetẽ:& Demiphonẽ ſenes fallentẽ.Sane Geta nom̃ ẽ Seruile:ſeruos.n.præſci a populorum nominibus unde uehebant̃ appellabãt:ut lydũ.ſyrũ Getã Dauum ex Dacis:q olim Daui uocati ſunt:auctor ſtrabo.

Propertius Cornelius Gallus

Carmen legiſſe ppti.Propertium Fabius refert a quibuſdam tibullo anteponi.ſiue aliquid galli:cornelius gallus foro iuliẽſis fuit.Euphorionẽ ĩ latinũ trãſtulit &(ut ſeruius ſcribit)de cytheride Volumni liberta:& a ſe amata ſcripſit libors q̃tuor:hic primus(ut teſtis ẽ Euſebius)tenuit ægyptũ puinciã romanam factam ab auguſto:& ſe ipm̃ interemit:qm̃(ut Tranquillus ſcribit)ob ĩgratũ aĩum:illi domo:& puinciis ſuis ĩterdixit Auguſtus.dicẽte Ouidio in amoribus.ſanguinis atq; animæ pdige galle tuæ:Eum fabius ſcribit tibullo & Propertio duriorem fuiſſe:

Varrones duo

Dictaq; Varroni:Euſebius chronographus Varrones duos fuiſſe ſcribit:Alter:M.Terẽtius Varro appellatus:philoſophus pariter.& poeta:Romanorum oĩum(ut Fabius auctor ẽ)eruditiſſimus:linguæ latinæ peritiſſimus:& oĩs antiq̃tatis:& rerũ græcarũ:nr̃arumq;:plus tñ ſciẽtiæ collaturus:q̃ eloquentiæ:cuius uiuentis imaginem romæ poſuit Aſinius pollio in bibliotheca:quam primam in orbe de manubiis publicauit.ut plinius docet:Alter fuit.P.Terentius Varro Attacinus:ab Attace uico narbonenſis prouinciæ.ubi natus eſt:qui.xxxv.agens annum.græcas litteras didicit.tranſtulitq; in latinum libros quatuor Apollonii rhodii in ſuum opus de argonautis:unde Fabius eum apellauit interpretem alieni operis:celebrauit etiam nõnunq̃ elegis uerſibus amicam Leucadiam.dicente Propertio.Hæc quoq; pfecto ludebat Iaſone uarro.Varro leucadiæ maxima flãma ſuæ:de hoc nũc loquit̃ Oui. Tuæ germanæ:quæ ex ariete uelle aureo inſigni decidit:qd poſtea in templo martis in conchide fixum argonautæ abſtulerunt.

Virgili9

Et profugum æneam.non porro fugatum:ſed errãtẽ:Virg.aũt dſignat q(ut Fabius ſcribit)apud nos auſpicatiſſimum:ut apud græcos Homerus dedit exordium. Idem ſcribit



Interroganti ſibi Domitiũ Afrũ:quẽ crederet Homero maxime accedere:eũ rñdiſſe: Secundum eſſe Virgiliũ:Propriorẽ tñ primo:q̃ tertio.In altero.n.fuit plus curæ:& diligentiæ.In altero uero plus diuinitatis & copiæ:eũ tamen Proptius græcis:& latinis ſcriptoribus anteponit. Forſitan & noſtrum: Ouidius(ut teſtis eſt Fabius)fuit Laſciuior Tibullo:& ppertio:Aquis letheis:obliuioni. Aqua.n.lethea obliuionẽ ĩducit.Martialis:Pigra p hunc fugies ĩgratæ flumina lethes.

Aqua lethea.

Duas ptes:uiros & fœminas.Deue tribus libris:libros tres amorum ad Corinnam intelligit:Epiſtola:quæ in amoribus prima eſt:in ea enim ſcribit Oui.ſe quinq; libris de præceptis amatoriiſ & de remedio præpoſuiſſe tres ad corinnã.Ita.n.ĩquit:Qui mõ naſonis fueramus quinq; libelli: Tres ſumus hoc illi prætulit autor opus.Illa epiſtola prima in amoribus.Nouauit: iterum commemorauit:Hoc opus ignotum.hæc præcepta amatoria.quæ alii minus nouerant me compoſuiſſe. Ita uelis:ut legatur & cantetur meum opus. Inſignis cornu:baccho.n.cornua tribuũtur:cuius rei cãm aſſignauimus.Brachia iuſſa:brachia ſono apte ſe accommodantia.

Forſitan & noſtrum nomen miſcebitur iſtis.
Nec mea letheis ſcripta dabuntur aquis.
Atq; aliquis dicet:noſtri lege culta magiſtri.
Carmina:quis partes inſtruit ille duas.
Deue tribus libris:titulus quos ſignat amorũ
Elige.quod docili molliter ore legas.
Vel tibi compoſita canetur epiſtola uoce:
Ignotũ hoc aliis illa nouauit opus:
O,ita phœbe uelis ita uos pia numina uatum:
Inſignis cornu bacche:nouemq; deæ.
Quis dubitat:quin ſcire uellim ſaltare puellã:
Vt moueat poſito brachia iuſſa ſono
Artifices lateris ſcænæ ſpectacula amantur.
Tantum mobilitas illa decoris habet:
Parua monere pudet:talorum dicere iactus.
Vt ſciat:& uires teſſera miſſa tuas.
Et modo tris iactet nũeros:modo cogitet apte
Quam ſubeat partem callida:quãq; uocet
Cautaq; non ſtulte latronum prælia ludat:
Vnus quum gemino calculuſ hoſte perit.
Bellatorq; ſuo prenſus ſiue compare bellet:
Aemulus incœptum ſæpe recurrat opus.
Reticuloque pilæ leues fundantur aperto.
Nec:niſi quam tollas:ulla mouenda pila eſt:
Eſt genus in totidẽ tenui ratione redactum
Spicula:quot menſes lubricus annus habet.
Parua tabella capit ternoſ utrinq; lapillos:
In qua uiciſſe eſt continuaſſe ſuos:
Mille fac eſſe iocos:turpe eſt neſcire puellam
Ludere ludendo ſæpe paratur amor.
Sed minimus labor eſt ſapienter iactibus uti.
Maius opus:moreſ compoſuiſſe ſuos.
Tunc ſumus incauti:ſtudioque aperimur ĩ ipſo
Nudaq; per luſus pectora noſtra patent.
Ira ſubit deforme malum.lucrique cupido:
Iurgiaq;.& rixæ:ſolicituſq; dolor.
Crimina dicuntur:reſonat clamoribus æther.
Inuocat iratos:& ſibi quiſq; deos.
Nulla fides tabulis:quæ non per uota petunt̃.
Et lachrymis uidi ſæpe madere genas.

Histrionicæ artis difficultas.

Artifices lateris:Hiſtriones latera in ſcæna concinne mouentes:quæ tanta eſt difficultas:ut ſcribat in oratore Cicero Roſcium Mimum diſcipulũ ĩ ea arte quem pbet reppiſſe neminẽ:

Quæſtus artiſ Hiſtrionicæ

Ars autem Hiſtrionica adeo olim romæ claruit:ut Clodius Eſopus Hiſtrio tragic9 ex eo quæſtu patinã ſexcentis ſeſtertiis inſignem fecerit:in qua poſuit aues cantu aliquo:aut ſermone humano uocales:& eius filius clodius relictus ab eo in amplis opibus hæres:uniones in cœna magnæ taxationis deuorauit:ut auctor eſt Pli.

Teſſer̃ Cubi Vali

Talorum dicere iactus:Teſſeræ habẽt ſex latera:& quadratæ ſunt.has cubos appellari Gelius refert:Tali uero a teſſeris formæ longe erant diſſimiles.habebant enim.iiii latera:& pro iactu.uaria puncta dabant:his iam non utimur. In ludo Talario tali.iiii.adhibebantur: In teſſerario uero tres tantummodo:ut hodie etiam fieri uidemus:unde mart.ita ſcribit Non ſum talorum numero par teſſera. Quam ſubeat partem:cui ſit perdendi periculo ſubiecta Quamq; uocet:quot puncta cupiat ad optinendam uictoriam Latronum prælia calculorum ludum intelligit. Vnus quum gemino:caute ludendum eſt:quum ſolus latrunculus tuus cum duobus hoſtibuſ pugnam capeſcit:& obſidetur. Bellatorq;:quem regem appellant in calculis. Sine ſuo compare. ſine eo latrunculo:quem in eo ludo reginam nominant. Reticuloq; pilæ hoc genus in totidem ludum eum deſignat.qui conſtat ex.xii.calculis. Parua tabella:hoc etiam ludo utuntur uulgo pleriq; hac tempeſtate:qui enim prius in tabella tres calculos apte locarit:is colluſori unum adimit. Sed minimus labor eſt:? Vitia deſignat:q̃ ĩ huius mõi ludis detegũtur.Nulla fides tabullis:nõ ẽ fidẽdũ aleæ:Quæ ñ p uota petunt̃:q̃ nõ habuerit dos fautores. Genas ludẽtium ſiniſtris diis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Tam turpia crimina: ut ludi gratia plorãdũ ſit. Ignaua natura. Ignauã ideo naturã appellat: ꝙ huiꝰ modi ludi nullam habent corporis exercitationẽ. Materia uberiore. magis utili. Celereſq; pilæ: utebãtur enim pila: quam paganicã appellabant. erat & pila Trigonalis: & follis. ut oſtendit Martialis. Iaculumq;: Iaculo etiam exercebantur romani: quod oſtendit Horatius eo uerſu: Nec iam liuida geſtat in armis brachia ſæpe diſco. Sæpe trãs finẽ iaculo nobilis expedito. Trochiq;: Trochus inſtrumentum erat: qđ ludentibus pueris ſcutica agitabatur: & rotabatur ut ſcribit Acron: eo antea pueros quoſdam ludere ſolitos uidimus. Martialis. In ducenda rota eſt das nobis utile munus. Iſte trochus pueris. at mihi cantus erit: & alibi Carrulus in laxo cur annulus orbe uagatur. Cedat & argutis obuia turba trochis. Propertius. Increpat & uerſi clauis adunca trochi: Horatius Trochũ græcũ appellat in odis: quoniam trochos rotam ſignificat: Armaq;: quibus exercebantur Iuuenes. Horatius. Nec iam liuida geſtat in armis: brachia. In gyros: in circuitus: Tangit aũt eam exercitationem. qua iuuẽtus romana equis uti diſcere ſolebat. Horatius. Cur neq; militaris Inter æquales equitet gallica nec lupatis Temperet ora frenis. Eius autem exercitationis laus erat. ut equꝰ in gyrũ flecteretur. Virgilius. Carpere mox gyrũ incipiat: & Tacitus ſcribit. Germanorũ equos nec forma: nec uelocitate conſpicuos: ſed nec uariare gyros in morem romanũ doceri. Nec uos campus habet: Campi Martii (ut autor ẽ: Strabo) admirabilis erat magnitudo. Suppeditabat. n. curules pariter curſus: & alia equeſtria certamina expedita nec minus tã multis pilam. Trochum Paleſtram exercitatõne tractantibus. Gelidiſſima uirgo: aquã uirginem intelligit: a uirgine. quæ eius fõtem indicauit ita appellata. ut frõtinus docet: Plynius tñ in. xxxi. uirginẽ aquã Ideo appellatã ſcribit: ꝙ labens in preneſtina uia: cũ ad herculaneũ riuum perueniit: eũ refugit. quaſi cõgreſſum herculis fugiat: Idẽ ſcribit e tactu præſtare cæteros amnes: qm̃ in ea natabant cõmodius: Papinius. Atq; exceptura natatus Virgo iuuat. Nec tuſcus placidis. Tuſcũ ideo Tybrim nominat: qm̃ ab apœnino defluens: ꝑ tuſciã romã defertur: ꝙ autem in tyberino et flumine natarent iuuenes romani docet Horatius eo uerſu: Cur timet flauũ tyberim tangere. Pompeias ire ꝑ umbras: De Porticu põpeii quæ erat in cãpo Martio diximus in primo propertius Sicilicet umbroſis ſordet pompeia colũnis Porticus: auleis nobilis attalieis. Virginis æthereis: æſtatem deſignat: nam ſol ꝑ cancrũ & leonẽ tranſiens. & uirginẽ. æſtatẽ efficit. ut antea docuimus ex ſententia higynii: Scribit Columella. Tertiodecimo chalendas ſeptembris ſolẽ ĩ uirginẽ trãſitũ facere & hoc: & ſequenti die tẽpeſtatẽ ſignificate: Interdũ & tonare. Sacrata palatia: palatinũ collem conſacratũ apollini: cui tẽplũ ĩ eo Auguſtũ erexiſſe diximus: cuius meminit Oui. ĩ quarto faſtorũ. Phœbo laurigero apollini laureã gereti coronã. Paretonias: ægyptias. Eſt. n. paretoniũ urbs ægypti in ora maritima: & portus ingẽs. xl. fere ſtadiorũ. Hãc alii paretoniũ: alii Ammoniã uocant: auctor eſt Strabo: Intelligit aũt Apollinẽ q in ꝑlio apud Actiũ cõtra. M. Antoniũ: & cleopatrã fauit Auguſto. Virgi. Actius hæc cernẽs arcũ itẽdebat apollo: nota ẽ hiſtoria plutarchi monumẽtis. Quæq; ſoror: porticũ octauiã ita appellata ab octauia ſorore Auguſti. Cõiũxq;: ducis: Liuiã porticum a Liuia uxore. Auguſti (ut docet Suetonius) cognominatã accipe. Naualiq; gener: Agrippam Auguſti generum dicit: eius. n. filiã Iuliã duxit uxo: ẽ. Illũ Auguſtus nauali corona donauit (ut ply. ſcribit) poſt debellatum pompeiũ ĩ ſicilia. Idẽ docet Seruius in octauo æneidos. Erat aũt Naualis corona: ut Gelius docet q donari ſolet maritimo ꝑlio. q primus in hoſtiũ nauẽ ui armatus trãſiliuit: ea q̃ſi nauiũ roſtris inſignita erat. Viſite turicremas: De tẽplo Iſidis repete quæ diximus in primo. Vaccæ memphitidos Iſidis ægyptiæ: quæ oli ĩ uaccã mutata apud ægyptios colebaẽ: de mẽphi urbe abũde dictũ eſt in primo. Terna theatra: ea in cãpo ꝓximo Campo Martio fuiſſe docet Strabo: unde hic conſpicuis locis addidit Oui. erant. n. eo ĩ loco alia præclara ædificia. Sanguine: gladiatorũ cruore. Metaq; ferenti

Pilæ ludus

Iaculi exercitatio

Trochꝰ

Equorũ gyrus.

Campi martii certamina

aqua uirgo

Tyberis Tuſcus.

Porticꝰ Põpeii

Soli uirgine.

Paretonium

Porticꝰ: octauia porticus liuia.

Agrippa Auguſti gener.

Naualis corona.

Iuppiter a uobis tam turpia crimina pellat:
In quibus eſt ulli cura placere uiro:
Hos ignauia iocos tribuit natura puellis.
Materia ludunt uberiore uiri.
Sunt illis celereſq; pilæ: iaculumq;: trochiq;.
Armaq;: & in gyros ire coactus equus.
Nec uos cãpꝰ habet: nec uos gelidiſſima uirgo
Nec tuſcus placidis deuehit amnis equis.
At licet & prodeſt pompeias ire per umbras
Virginis æthereis quum caput ardet equis.
Viſite laurigero ſacrata palatia phœbo.
Ille parethonias merſit in alta rates.
Quæq; ſoror cõiũxq; ducis monumẽta pararũt
Naualique gener cinctus honore caput.
Viſite turicremas uaccæ memphitidos aras
Viſite cõſpicuis terna theatra locis.
Spectentur tepido maculatæ ſanguine harenæ
Metaq; feruenti circumeunda rota.
Quod latet: ignotum eſt. ignoti nulla cupido.



ludos circenſes dicit. de q̃bus in primo diximus. Facies bona. pulchra facies. Caret teſte. non uidetur. Tu licet & Thamyrã. Thamyras philamonis filius rediens ex urbe Aethelia. quũ muſas habuiſſet obuias ſcientia cantandi gloriabundus. affirmauit ſe eas ſuperaturũ: ſi ſecũ certare auderẽt ad quã inſolẽtẽ uoce filiæ iouis ſtomachatæ: & modulationẽ: & pulſandæ citharæ peritiã: & cõem hominis ſenſum abſtulerũt: hæc Homerus ĩ ſecũdo iliados. Diodorus eũ lyra & cãtu tm̃ priuatũ ſcribit. latini uero occæcatũ fuiſſe dicunt. Si uenerem cous: Apelles ex quo Inſula olympiade centeſima. xii. floruit: i picture ſolus plura: q̃ cæteri oẽs cõtulit uoluminibus editis. q̃ doctrinã eã cõtinebãt Illi perpetua conſuetudo fuit nunq̃ tã occupatã diem agendi: ut nõ lineã ducendo exerceret artẽ. a nullo alio: q̃ ab appelle pingi uoluit. Alexander Magnus hic pinxit. Venerẽ exeũtẽ mari: quã Diuus Auguſtꝰ dedicauit in delubro patris cæſaris: quæ. Anadyomene uocaẽ cõſenuit hæc tabula carie: Aliãq; ꝑ ea Nero in principatu ſuo ſubſtituit Dorothei manu. Apelles ĩchoauerat aliã Venerẽ cois ſuperaturus ẽt illã priorẽ: Inuidit mors peracta parte: nec q ſuccederet operi ad præſcripta liniamenta iuẽtus ẽ. auctor Plinius. Illa lateret non uideretur egredi e mari. ut Apelles pinxerat. Hoc uotum: ut forma uigeat. Cura ducum. Horatius quoq; oſtendit poetas oli fuiſſe in præcio eo uerſu: Sic honor & nomen diuinis uatibus atq; carminibus ucit. & paulopoſt ait: Et uitæ mõſtrata uia eſt: & grã regũ Pieriis tentata modis: luduſq; reptus. Ennius emeruit. Q. Ennius in calabria Rudias (ut eſt auctor Strabo & Mela) ꝑriam habuit: ſilius in. xii. de eo ita ſcribit. Miſerũt calabri: rudiæ genuere uetuſtæ ſcripſit primus apud latinos uerſu heroico ãnales ut Gelius refert: quibus bella italiæ cecinit: & ſcdm̃ bellũ punicũ in gratiã ſcipionis carmĩe minus polito: nã igenio ualuit: ſed arte caruit: ut cecinit oui. Africanũ maiorem mirifice dilexit: a quo multis muneribus donatus ẽ cũ ſcipione aſiatico in aſiam ꝓfectus ẽ. & cũ fuluio nobiliore in ætoliã: poſt ſeptuageſimũ ãnũ (ut ſcribit Euſebi.) periit morbo articulari quẽ nimio uino cõtraxerat: ſepultus fuit ĩ ſcipionis monumẽto uia appia ut ẽt Cicero teſtaẽ: ſcribit ẽt Pli. priorẽ Africanũ. Q. Ennii ſtatuã ſepulchro ſuo poſuiſſe: uiuẽs ſua uirtute donatus ẽ pulcherrimis hortis Fuit & paulopoſt alter Ennius Tarẽtinus q de lr̃is: ſyllabis: & metris libellũ edidit: & uolumia d augurãdi diſciplia. Illias opꝰ iliados: qđ Home. ĩ. xxiiii. libros digeſſit. Quis danaẽ noſſet. Acriſius argiuorũ rex unicã habẽs filiã Danaen. ut Lactãtius ſcribit. accæpit ſe periturũ manu eiꝰ q ex filia naſceret: unde filiã in turri clauſit. Iuppiter ĩ aurũ uerſus ex tegulis ĩ gremiũ puellæ decidit: ꝑgnãſq; facta ẽ: qđ pater intelligẽs ĩ arcã clauſam ĩ mare abiici iuſſit: illa ĩ italiã delata iuẽta a piſcatore cũ pſeo quẽ enixa fuerat & oblata regi: ab eo uxor accipitur: cũ q ẽt Ardeã cõdidit. auctore Seruio. Inq; ſua turri: ſic ẽt. Horatius. Incluſam Danaẽ turris ænea. robuſtæq; fores: & uiglũ canũ. Sæpe canes fruſtra. Venatoris exẽplo docet fœminas plerũq; amatores inuẽire: quos ñ q̃rũt. Cadit ĩ rætia, nullo agẽte. Quid minuſ

Thamyras.

Apelles Cous

Q. Ennius

Ennius: Tarentinus

Dãnes Fabula.

Fructus abeſt: facies quum bona teſte caret.
Tu licet & thamyrã ſuperes atq; orphea cantu
Non erit ignotæ gratia magna lyræ.
Si uenerem cous nunquam pinxiſſet apelles:
Merſa ſub æquoreis illa lateret aquis.
Quid petitur ſacris: niſi tantum fama poetis?
Hoc uotum noſtri ſumma laboris habet:
Cura ducum fuerat olim regumq; poetæ.
Præmiaq; antiqui magna tulere chori.
Sanctaq; maieſtas: & erat uenerabile nomen
Vatibus: & largæ ſæpe dabantur opes:
Ennius emeruit calabris in montibus hortos:
Contiguos pœne ſcipio magne tuis.
Nunc hederæ ſine honorẽ iacent. opataq; doctis
Cura uigil muſis nomen inertis habet.
Sed famã uigilare iuuat: quis noſſet homerum:
Illius æternum ſi latuiſſet opus?
Quis danaem noſſet: ſi ſemper clauſa fuiſſet?
Inque ſua turri ſi latuiſſet anus
Vtilis eſt uobis formoſæ cura puellæ.
Sæpe uagos extra limina ferre pedes:
Ad multas lupa tẽdit oues: prædetur ut unam:
Et iouis ad multas deuolat ales aues.
Se quoq; det populo mulier ſpecioſa uidenda.
Quem trahat e multis forſitan unus erit.
Omnibus illa locis maneat ſtudioſa placẽdi:
Et curam tota mente decoris agat:
Caſus ubique ualet: ſemper tibi pẽdeat hamus.
Quo minime credis gurgite piſcis erit.
Sæpe canes fruſtra nemo roſis montibus errant
Inque plagas nullo ceruus agente cadit.
Quid minꝰ andromede potuit ſperare reuicta
Quam lachrymas ulli poſſe placere ſuas?



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

andromede? nunq̃ inquit ſperabat Andromede auxiliū. Perſei fabula ſuperius dicta eſt. Funere ſæpe
uiri uir quæritur. Sæpenumero puella mariti mortem deplorans in funere: uirū alium inuenit. Solutis
crinibus de more plorantiū in funere: id etiam fieri ſolebat: quū in aduerſis deos orabant. Virgilius.
Interea ad templū nō æquæ palladis ibant Crinibus iliades paſſis: & Liuius. Stratæ paſtim matres cri
nibus templa uerrentes. ueniā irarum cæleſtiū: finemq̃ peſti expoſcunt. Sed uitate uiros: molles & ci
nædos dicit. In ſtatione comas: ex eorū ſententia qui dicebant comatos omnes cinædos eſſe. Et in
nulla ſede moratur amor quia ſunt in ſtab
les. Plures uiros: q eum tanq̃ mollem pe=
tant. Troia maneret: Docet puellas Pria=
mi exemplo non adoleſcentibus creden=
dum eſſe. ſed maioribus natu: Præceptis.
Priami: ſuadebat reddendum eſſe Helenā
Perq̃ aditus tales per ſpeciem ficti amoriſ
Lucra pudenda petunt: ſimulāt ſe uoſ ama
re: ſed nil aliud a uobis petunt: quam dede
cus ueſtrum. Liquido nardo. Nardi
num unguentum alio nomine Plinius Fo
liatum appellat: quod unguentarii: ex ſpi=
ca nardi celebrant: laudatur. Syriacum
a Plynio Naſcebatur etiam Nardus in ci=
licia radice nigra: & odorata. ut eſt auctor
Diaſcorides: unde Spicam ciliſcam in fa=
ſtis appellat Oui. Nec breuis in rugas. nec
quiueſtis rugas induſtria locatas aſtringit
tanquam mollis. Filo tenuiſſima: ex tenui
lana: Et uratur: & angatur. q̄ non poſ=
ſit ueſtem tuam furari. Voce boante: cla
mante. Has uenuſ. Venerem genitricem
intelligit. de qua dictum eſt in primo. Ap
piadeſq̃ deæ. Concordiam Pallada. Pacē
& ueſtam intellige: ab aqua Appia: quæ ī
ſ· rum cæſaris deducta erat. cognomina=
tas. q̄ autem hæc templa ad forum cæſa=
ris eſſent: ex papinio: & Martiale intelligi
tur. Sunt quoq̃ non dubia. Sunt quædā
mulieres quæ habentur. inſames: q̄ aman
tes decipere ſoleant. Crimen amantis ha
bent: quia alios decipiunt: ut ipſæ quoq̃
ab amantibus deceptæ ſunt. Cecropideſ
atheniēſes puellæ a rege cecrope. per quaſ
omnes alias deſignat. Iuranti theſeo: ui
ro perfido: ut fuit theſeus qui. Ariadnam
reliquit. Quos faciet teſtes? quos teſteſ
amplius adhibebit. Fecit & ante deos: an
tea deos adhibuit teſtes: & tamen fidem
uiolauit Theſei criminis hæres. id etiam
in epiſtolis ei phyllis ita exprobrat. De tā
ta rerum turba factiſq̃ parentis. Sedit in ī
genio creſſa puella tuo. Nulla relicta fideſ
quia nulli ſunt amplius dii: per quos iuret.

Nardinum unguentū. (margin)
Spica ciliſca (margin)
Appiades deæ (margin)

Funere ſæpe uiri uir quæritur: ire ſolutis
Crinibus & fletus non tenuiſſe decet.
Sed uitate uiros cultum: formamq̃ profeſſos:
Quiq̃ ſuas ponunt in ſtatione comas.
Quæ uobis dicunt: dixerunt mille puellis.
Errat: & in nulla ſede moratur amor.
Fœmina quid faciet: quum uir ſit leuior ipſa?
Forſitan & plures poſſit habere uiros?
Vix mihi credetis: ſed credite troia maneret
Præceptis priami ſi foret uſa ſenis.
Nec coma uos fallat liquida nitidiſſima nardo.
Nec breuis in rugas cingula preſſa ſuas.
Nec toga decipiat filo tenuiſſima: nec ſi.
Annulus in digitis alter: & alter erit.
Forſitan ex horum numero cultiſſimus ille
Fur ſit: & uratur ueſtis amore tuæ.
Redde meum clamant ſpoliatæ ſæpe puellæ:
Redde meum toto uoce boante foro.
Has uenus e templis multo radiantibus auro.
Læta uidet lites: appiadeſq̃ deæ.
Sūt quoq̃ nō dubia quædam mala nomia fama.
Deceptæ multis crimen amantis habent.
Dicite ab alterius ueſtris timuiſſe querelis:
Ianua fallaci ne ſit aperta uiro.
Parcite cecropides iuranti credere theſeo.
Quos faciet teſtes? fecit & ante deos.
Et tibi demophoon theſei criminis hæres
Phyllide decepta nulla relicta fides.
Si bene promittunt. totidem promittite uerbis
Si dederint: & uos gaudia pacta date.
Illa poteſt uigiles flammas extinguere ueſtæ.

Ignis ueſtæ inextinctus. (margin)

Illa pōt uigiles. quæ promiſſas noctes negabit: audebit etiā uiolare ſacra ueſtæ. & Iſidis: & necare uirū
Veneno. Vigiles flammas. inextinctum ignē. qui in templo ueſtæ ſeruabatur: cuius rei cauſam aſſi
gnat plutarchus in camillo his uerbis: a Numa. n. rege tanq̃ omnium principium eſſet ignis: uenerari
inſtitutum eſt. Nā nobiliſſimum quoddam exiſtit ignis in ipſa natura & motio quædā eſt: uel cum mo
tione totius generatio. Alia uero materia quæ calore uacat ocioſe: ignauiterq̃ iacens. & cadaueri
ſimilis ignis uirtutem tanq̃ animā cupit: & paulatim ſuſcepto igne ad agendum quid. uel patiendum
uertitur. Numa Pompilius uir curioſus. ac ſapientiſſimus: qui in colloquium cum muſis per ſapientiā
ueniebat: ratione quadam philoſophiæ motus hunc ſeruari. cuſtodiriq̃ perpetua uigilia ne corrum=



peretur uoluit: tanq̃ æterna uirtus eſſet: quæ omnia ſeruaret. Aliam cauſam refert Ouidius in faſtis. In
eodem ueſtæ templo (ut teſtis eſt plutarchus) fama fuit troianum illud palladium: quod in italiā æne
as aſportauerat reſidere. Inachi: Iſſis inachi filia. Capere ſacra: ſacra dirripere. Miſta aconita:
aconita temperata. Eſt enim Aconitum herba omnium uenenorum ociſſima. quæ tactis genitalibus
fœminini ſexus animalium. eodem die infert mor tem: quo modo Calphurnius Beſtia uxores neca=
uit. Fabulæ narrauere Aconitum e ſpumis cerberi canis natum extrahente ab inferis hercule. Cicuta
quoq̃ herba uenenum eſt: publica atheni
enſium pœna iuiſa: ut docet plynius. Pro
pius conſiſtere: ea dicere: quæ magis ad ui
ros: q̃ ad fœminas pertinent: quod facere
uiſus ē: quum dixit fœminas accepto mu
nere nunquā coitum negaturas. Illas enī
& auaritia: & propria libidine corrumpi
poſſe deſignauit. Admiſſis equis: mate
ria ſemel ſuſcepta. dando ſcilicet arma fœ
minis cōtra uiros. Verba uadum tentent:
uerba ad te ſcripta ab amante animum tu
um ſolicitent. ſic & in primo. Cæra uadū
tentet raſis infuſa tabellis. Edure: ualde du
re. Quamuis uitæ careatis honore quā
uis ſitis infames. Veſtra pignora: ueſtras
litteras. Nouo iuueni: nouo amatori. Sed
tamen ætnæi. nouus inquit amator litte=
ras amicæ ſeruat: quibus tanquā fulmine
utatur in puniēda amica: timet enim ſem
per: ne iratus amator illas marito oſtēdat.
Fulmen autem iccirco ætnæum appella=
tur: quoniam uulcano fulminum fabrica=
tori mons ætna ſacer eſt. ut ſolinus ſcribit.
uel a uicinitate. Docet enim ſeruius Vul=
canum inter liparem & ætnam officinam
habere. unde Virgili⁹ dixit Antra ætnea
ſonant. Eſt conceſſa: eſt puellis data.
Repellere fraudem: amantum ſcilicet: qui
amicæ litteras ſeruant: ut eo timore ſerui=
tium patiantur. Multas figuras: multa
& diſſimilia elemēta. & litteras. Per quos:
quorum cauſa hæc moneo. Niſi deletis
cæris: niſi deletis amantum litteris. Ge
minas manus: tuam & amantis epiſtolam
Fœmina dicatur: fœmina in litteris appel
let ·e noie amatoris. Illa ſit ī ueſtriſ amator
ſcribēs ſe amicā dicat. Qui fuit ille quēad
modū amica appellauit ſe noie amatoris.

Aconitum. (margin)
Cicuta (margin)
Fulmen Aetneū (margin)

Et capere ex templis inachi ſacra tuis.
Et dare miſta uiro tritis aconita cicutis:
Accepto uenerem munere ſiqua negat.
Fert animus ꝓpius cōſiſtere. ſupprime habenaſ
Muſa: nec admiſtis excutiare rotis.
Verba uadum tentent abiegnis ſcripta tabellis
Accipiat miſſas apta miniſtra notas.
Inſpice: quodque legeſ: ex ipſis collige uerbis:
Fingat: an ex animo: ſolicituſq̃ roget.
Poſtq̃ breuē reſcribe morā. mora ſemp amātes
Incitat: exiguum ſi modo tempus habet.
Sed neq̃ te faciem iuueni promitte roganti
Nec tamen edure: quod petit ille nega.
Fac timeat: ſperetq̃ ſimul: quotiēſque remittes
Spes magis hinc ueniat certa: minorq̃ met⁹
Munda ſed e medio conſuetaq̃ uerba puellæ
Scribite. ſermonis publica uerba placent.
Ah quotiēs dubiis ſcriptis exarſit amator:
Et nocuit formæ barbara lingua bonæ.
Sed quoniam quāuis uitæ careatis honore:
Eſt uobis ueſtros fallere cura uiros.
Ancillæ puerīq̃ manus ferat arte tabellas
Pignora nec iuueni eredite ueſtra nouo.
Vidi ego pallentes iſto terrore puellas
Seruitium miſeras tempus in omne pati.
Perfidus ille quidem: qui talia pignora ſeruat:
Sed tamen ætnæi fulminis inſtar habet.
Iudice me fraus eſt conceſſa repellere fraudem
Armaque in armatoſ ſumere iura ſinunt.
Ducere conſueſcat multas manus una figuras.
Ah pereant: per quos iſta monenda mihi:
Nec niſi deletis tutum eſt: reſcribere cæris.
Nec teneat geminas una tabella manus
Fœmina dicatur ſcribentis ſemper amator.
Illa ſit in ueſtris: qui fuit ille notis
Sed licet a paruis animum ad maiora referre:
Plenaq̃ curuato pandere uela ſinu.
Pertinet ad faciem rabidos compeſcere mores
Candida pax homines. trux decet ira feras.
Ora tument ira: nigreſcunt ſanguine uenæ.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Angue gorgoneo:ſerpente Meduſæ gorgonidum reginæ cuius capilli in angues mutati ſunt ut dictum eſt: Gorgonum autem gens(ut Diodorus ſcribit)occidentem uerſus ſita erat inextremis orbis finibus:aduerſus quam perſeus haud paruo certamine bellũ geſſit:tanta fuit earũ mulierum uirtus.uel potentia:Inſulam quam incoluere heſperam uocarunt quia ad occaſum ſita ſit: Gorgonidas tradunt quũ uires auxiſſent.Iterum a perſeo Iouis filio expugnatas.quum earum eſſet regina meduſa. Poſtremo ab hercule & eas & amazonum gentem fuiſſe deletas.Sunt qui Gorgones ab agilitate dictas putent γοργον enim agilem ſignificat.I procul hic dixit.Fœminas intumeſcere minime debere exemplo palladis oſtẽdit: quæ quũ tibiã inflaſſet: genaſq; uidiſſet tumeſcere:tibiam abiecit ipſa apud Ouidiũ i faſtis ita dicente. Prima terebrato p rara foramina buxo.Vt daret effeci tibia lõga ſonos.Vox placuit:faciem liquidis referentibus undis Vidi:& uirgineas intumuiſſe genas.Ars mihi non tanti eſt:ualeas mihi tibia dixi.Excipit abiectã ceſpite ripa ſuo Comibus oculis:læto aſpectu.Innuet:nutũ faciet.Puer ille:cupido. Rudibus ſagittis:leuibus ſtimulis:quibus mutuo conciliantur amantes. Tegmeſſam diligat aiax quia mœſta erat.Nos ilarem populũ nos ex ilari turba lætam ẽt fœminã uolumus. Nunquã ego te andromache. Andromache quoq; uxor hectoris:mœſta erat. Lux mea.uerba ſunt quibus amantes utuntur: unde Propertius cynthiã crebro uitã :aut lucem appellat.Q uis uetat a magnis . qs me uetat huiuſce rei exẽpla ſumere a Tegmeſſa & Andromache ad mulieres ex uulgo:quaſi deſignet cuiuſlibet conditionis fœminã ſi ſit mœſta:non placere.Nec nomen pertimuiſſe ducis: nec huic rei obſtare q illa dux fuerit:in qua triſtitia requiritur:perĩde ac ſi diceret.quæ natura triſtis eſt non modo in rebus bellicis:ſed etiã ueneris ſemper mœret. Dux bonus : quia Tegmeſſa & Andromache mœſtæ erant & horridæ:iccirco alteram Aiax præfecit centum equitibus.Alteram Hector ſigna militaria iuſſit tueri.hoc eſt pedeſtres copias ducere.Cauſam clientis:cauſam puellæ.Cliens aũt relatiuũ eſt Patroni. Nemeſis.Tibullus Deliam & Nemeſim amauit dicente Ouidio in elegia:in qua deflet Tibulli mortem.Sic Nemeſis longum:ſic delia nomen habebunt.Altera cura recens: altera primus amor. Cynthia : propertii amica.Eam Hoſtiã appellatam fuiſſe ſcribit Apuleius in magia.Veſper:occidentalis plaga.Lycoris.galli poetæ amica. Ouidi.Et ſua eum gallo nota lycoris erit.Eam Citheridem appellatam fuiſſe ſeruius ſcribit.Noſtra corinna.Corinnæ duæ fuerũt Altera thebana:q̃ ſcripſit epigrãmata : & lirica poemata.de q̃ Proptius.Et ſua cũ antique committit ſcripta corinnæ. Altera Theſpia:quæ a quibuſdam Corinthia dicitur. Ouidius amicam ſuam Corinnam appellauit:ab eruditione & formæ elegantia : de qua ipſe alibi ita ſcribit.
Mouerat ingenium totam cantata . per urbem. Nomine non uero dicta corinna mihi.

Gorgonũ gens Heſpera

Pallas tibiã abiecit

Delia Nemeſis

Cinthia Hoſtia Lycoris Citheris Corinæ duæ.

Lumina gorgoneo ſæuius angue micant.
I procul hinc dixit:non eſt mihi tibia tanti
Vt uidit uultus pallas in amne ſuos.
Vos quoq; ſi media ſpeculum ſpectetis in ira:
Cognoſcet faciem uix ſatis ulla ſuam.
Nec minus in uultu damnoſa ſuperbia ueſtro
Comibus eſt oculis alliciendus amor.
Odimus immodicos (experto credite) faſtus
Sæpe tacens odii ſemina uultus habet.
Spectantem ſpecta:ridenti mollia rede.
Innuet.acceptas tu quoque redde notas.
Sic ubi prælusit rudibus puer ille ſagittis:
Spicula de pharetra promit acuta ſua.
Odimus & mœſtas:tegmeſſam diligat aiax:
Nos ilarem populum fœmina læta capit.
Nũq̃ ego te ãdromache nec te tegmeſſa rogarẽ
Vt mea de uobis altera amica foret.
Credere uix uideor niſi cogat credere partus
Vos ego cum ueſtris concubuiſſe uiros.
Scilicet aiaci mulier mœſtiſſima dixit
Lux mea:quæque ſolent uerba iuuare uiros
Q uis uetat a magnis ad res exẽpla minores
Sumere:nec nomen pertimuiſſe ducis?
Dux bonus huic cẽtum commiſit iure regẽdos
Huic equites illi ſigna tuenda dedit.
Vos quoq; de uobis quẽ qſq; erit aptus in uſum
Inſpicite:& certo ponite quenq; loco:
Munera det diues:ius qui profitebitur:adſit:
Facundus cauſam ſæpe clientis agat
Carmina qui facimus:mittamus carmina tantũ
Nam chorus ante alios aptus amare ſumus
Nos fecimus palcidi lautæ præconia formæ.
Nomen habet nemeſis:cynthia nomen habet
Veſper & eoæ nouere lycotida terræ.
Et multi:quæ ſit noſtra corinna rogant.



Lectus & umbra:amor & ocium:aut ſcribendi locus. Sed facile hœremus:facile amore capimur. Valido æſtu:potenti amore. Ab arte placida. A ſtudiis poeticis. Studio:ingenuis artibus . Eſt deus in nobis.Idem etiam oſtendit plato de furore poetico his uerbis. Non.n.arte:ſed diuina ui iſta dicunt: Nam ſi de uno quoq; iſtorum per artem recte loqui ſcirent:de ceteris quoq; oĩbus idẽ poſſent:ob hãc uero cauſam deus illis mentẽ ſubripiens:ipſis tanq̃ miniſtris utitur:oraculorumq; nũciis:& diuinis uatibus:ut nos qui audimus.percipiamus non eos eſſe.qui tam digna referunt:quã ſuæ mentis cõpotes minime ſint.Sed hæc deum loqui:& per iſtos nobis hæc inclamare.unde non ĩ merito ennius ſanctos poetas appellauit :ut ſcribit Cicero pro Archia. Sunt & commercia cœli:ſunt & negocia.ſeu ſocietates cœli.Nam(ut: ẽ Plato docet)Homerus non de aliis rebus agit q̃ de his quæ & alñ poetæ tractãt:nõne multa:quæ ad bellum pertinent.& quæ ad conſuetudines bonorum inuicem:& malorum:priuatorum atq; opificum attinent:enarrauit? Et de diis quemadmodum ſecum inuicem & cum hominibus uerſantur:deq; cœleſtibus paſſionibus.progreſſibus.Item quæ apud inferos ſunt deorumq;:& heroum generationes cecinit.cõmercium aũt proprie dicitur commutatio mertium : & accipitur pro ſocietate: Liuius.Aut quo linguæ cõmertio quenq̃ ad cupiditatem diſcendi exciuiſſet:& Silius.Pacem ſeruant commertia culpæ. Viſo caſſe:cognitis inſidiis. Q ui nuper ſenſit habenas:qui nundũ eſt domitus. Comparibus frenis: æquis habenis. Artificemq;: equum domitum accipe:ex quo deſignat nouum amatorẽ uiſo caſſe celerius aufugere q̃ ueterem : & quaſi domitum ab amica. Idem limes :eadem uia. Nec ſtabiles animos annis. Militum amoris duo genera eſſe docet. Alterum iuuenum. Alterum maiorũ natu:quomodo autem cum utroq; agendum ſit:deſignat eleganter Ouidius. Cingenda eſt: munienda eſt. Altis ſepibus:ne riualis ingrediatur.Non bene cum ſociis regna:ſic & Lucanus.Omniſq; poteſtas Impatiens conſortis erit.Tyroni nouo militi amoris Franget poſtes:amicæ ianuam dicit.Raptus capillus:laniati crines ab amante. Humida tæda:madefacta : uel uiridi.certior hic amor eſt:in maioribus natu amor eſt certior .Breuis & fœcundior ille:illum dicit:qui eſt in iuuene. Carpite poma:fructum colligite o puellæ a Iunioribus ante quã diſcedãt a uobis. Omnia tradentur: a uobis iuuẽi amatori.Portas reſerabimus hoſti:reconciliabimur amanti:& eum ante excluſum ĩtroducemus. Vt ſit ĩ infida: ut oſtendatis eũ amare:quũ tñ ei ſitis infidæ.Vt ſit fides:ut uobis adhibeatur fides

Deus in poetis

Poetæ habent cõmercia cum diis.

Cõmercium

Adde.quod inſidiæ ſacris a uatibus abſunt:
Et facit ad mores ars quoque noſtra bonos.
Nec nos ambitio.nec nos amor urget habendi.
Contẽpto colitur lectus & umbra fero
Sed facile hæremus:ualidoq; perurimur æſtu:
Et nimium certa ſcimus amare fide.
Scilicet ingenium placida molitur ab arte.
Et ſtudio mores conueniẽter eunt.
Vatibus aoniis faciles eſtote puelle:
Numen in eſt illis:pierideſque fauent.
Eſt deus in uobis.ſunt & commertia cæli.
Sedibus æthereis ſpiritus ille uenit.
A doctis pretium ſcelus eſt ſperare poetis:
Me miſerum ſcelus hoc nulla puella timet.
Diſſimulare tamen nec prima fronte rapaces
Eſſe.nouus uiſo caſſe reſiſtet amans.
Sed neq; rector equũ qui nuper ſenſit habenas:
Comparibus frenis artificemque regit
Nec ſtabiles animos annis.uiridemq; iuuentam
Vt capias idem limes agendus erit.
Hic rudis:& caſtris nunc primum notus amoris
Q ui tetigit thalamos præda nouella tuos.
Te ſolam norit:tibi ſemper inhæreat uni.
Cingenda eſt altis ſepibus iſta ſeges.
Effuge riualẽ:uinces:dum ſola tenebis.
Non bene cum ſociis regna uenuſq; manẽt.
Ille uetus miles ſenſim & ſapienter amabit.
Multaq; tyroni non patienda feret:
Nec franget poſtes:nec ſæuis ignibus uret:
Nec dominæ teneras appetet ungue genas
Nec ſcindet tunicas ue ſuas:tunicas ue puellæ.
Neq; raptus flendi cauſa capillus erit.
Iſta decent pueros ætate & amore calentes
Hic fera compoſita uulnera mente feret:
Ignibus hic lentis uretur:ut humida tæda:
Vt modo montanis ſilua reciſa iugis.
Certior hic amor eſt.breuis at fœcundior ille.
Q uæ fugiunt celeri carpite poma manu.
Omnia tradentur portas reſerabimus hoſti.
Vt ſit in infida proditione fides



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Quod datur ex facili: longũ male nutrit amorẽ
Miſcenda eſt lætis rara repulſa iocis.
Ante fores iaceant: crudelis ianua clament.
Multaq; ſummiſſe multa minanter agant.
Dulcia non ferimus: ſucco renouamur amaro.
Sæpe perit uentis obruta cymba ſuis.
Hoc eſt: uxores quod non patiantur amari.
Conueniunt illas: quum uoluere uiri.
Claude fores: duro dicat tibi ianitor ore.
Non potes: excluſum te quoq; tanget amor
Ponite iam gladios hebetes: pugnetur acutis
Non dubito telis quin petar ipſe meis.
Dũ cadit i laqueos captus quoq; nuper amator
Solum ſe thalamos ſperet habere tuos.
Poſtmodo riualem partitaq; fœdera lecti
Sentiat: has artes tole: ſeneſcet amor.
Tum bene fortis equus reſerato carcere currit
Quũ quos prætereat: quoſq; ſequatur habet
Quælibet extinctos iniuria ſuſcitat ignes
En ego confiteor non niſi læſus amo.
Cauſa tamẽ nimium neſit manifeſta doloris:
Pluraque ſolicitus: q̃ ſciat eſſe putet.
Incitet & ficti triſtis cuſtodia ſerui.
Et nimium duri cura moleſta uiri.
Quæ uenit extuto: minus eſt accepta uoluptas
Vt ſis liberior thaide: finge metus
Quum melius foribus poſſis admitte feneſtra:
Inque tuo uultu uerba timentis habe.
Callida proſiliat: dicatque ancilla: perimus.
Tu iuuenem trepidum quolibet abde loco.
Admiſcenda tamen uenus eſt ſecreta timori:
Ne tanti noctes non putet eſſe tuas.
Qua uafer eludi poſſit ratione maritus.
Quaq; uigil cuſtos præteriturus eram.
Nupta uirum timeat. rata ſit cuſtodia nuptæ.
Hoc decet: hoc leges: iuſq;. pudorq; iubent
Te quoq; ſeruari modo quã uindicta redemit
Quis ferat? ut fallas ad mea ſacra ueni.
Tot licet obſeruẽt: modo ſit tibi grata uoluptas
Quod fuerant argo lumina: uerba dabis.
Scilicet obſtabit cuſtos: uel ſcribere poſſis
Sumendæ dabitur quum tibi tempus aquæ
Conſcia quum poſſit ſcriptas portare tabellas:
Quas tegat in tepido faſcia lata ſinu:
Quum poſſit ſolea chartas celare ligatas:
Et uincto blandas ſub pede ferre notas.

Quod datur ex facili: non ſemper intromittendum eſſe dicit amatorem: ne quod ex facili dederis contemptum pariat: raritas enim conciliat rebus admirationem. Dulcia non ferimus. uiri aſpernãtur quod facile conſequuntur: Renouamur ardentiores reddimur in amando. Suis uentis: nimium ſecundis. Dicat tibi ianitor. Maritum excludat ianitor. Pugnetur acutis: ſitis uxores ueſtris uiris difficiles. Meis telis: Meis his præceptis. Quin petar: qn ardentior fiam in amanda uxore. Dum cadat in laqueos: donec capiatur amore ueſtro: & teneatur irretitus. Poſtmodo riualem: docet quid ſeruandum ſit ab amica: poſteaq̃ diu amator cum ea uerſatus fuerit. Seneſcet amor: fiet debilior. Reſerato carcere: apertis carceribus: unde equi erumpunt. Extinctos ignes: amores remiſſos. Suſcitat: accendit: unde & Terentianum illud. Amantium iræ amoris reintegratio eſt: Cauſa tamen nimium: uidendũ eſſe ait: ne aperte uideat amator ab amica riualem introduci. Pluraq; ſolicitus: credat magis id ita eſſe: q̃ certi quicquã habeat. Ficti ſerui: qui ſimuletur a marito cuſtodiendæ uxori præpoſitus. Incitet: ſtimulet amatorem ad amandum. Vt ſis liberior thaide: quæ metu ſimulabat phædriã excluſiſſe: ut Thraſone pamphilam dono acciperet: ut eſt apud Terentium in eunucho. Admitte. amantem recipe. Admiſcenda tamen. in eo timore eſt tamen occulte ueneri indulgendum. Qua uafer eludi: Docet decipiendum eſſe maritum: & cuſtodem uxoris. Rata ſit cuſtodia: exiſtimet ſe uxor habere cuſtodes. Hoc decet: uirum timeri ab uxore: uel nuptam habere cuſtodes. Te quoq; ſeruari. Libertinam fœminam docet poſſe cuſtodes fallere. Eſt autem uindicta uirga: qua ſerui libertate donabãtur a prætore. a Vinditio appellata: ut liuius docet. Quot fuerant argo lumina: centum enim oculos habuit Argus: quos caudæ pauonis iuno collocauit. Verba dabis. decipies. Sumendæ aquæ: haur iendæ aquæ. Quum poſſit ſolea: quum litteras poſſit calceis celare. Sub pede uincto ſub pede calceo induto. Blandas notas: litteras amatorias.



Conſcia tergũ præbeat: quo uice chartæ adamantem ſcribas: Fallet & humiduli Docet lini uiridis ſucco poſſe amicam etiam tuto ſcribere ad amantem. Acumine lini humiduli. acuta auena uiridis lini quam ſcribebant amantes. poſtea carbonis puluere tactæ litteræ: legebantur. affuit acriſio: Cuſtodes falli poſſe docet exemplis. Seruandæ puellæ: Danaen dicit: quam pater Acriſius in turri ænea clauſerat. Fecit auum: quia Danae eius filia ex Ioue perſeum ſuſtulit. Tot in urbe theatra. Tria Theatra ſimul & Amphitheatrum ſcribit Strabo fuiſſe in eo campo. qui campo Martio adiacet: quibus in

Cauerit hoc cuſtos: pro charta cõſcia tergum
Præbeat: inq; ſuo corpore uerba ferat:
Tuta quoque eſt fallitq; oculos e lacte recenti.
Littera: carbonis puluere tange leges.
Fallet & humiduli quæ fiet acumine lini:
Et feret occultas pura tabella notas.
Affuit acriſio ſeruandæ cura puellæ.
Hunc tamen illa ſuo crimine fecit auum.
Quid faciet cuſtos: cũ ſint tot in urbe theatra:
Quum ſpectet iunctos illa libenter equos.
Quum ſedeat phariæ ſiſtris operoſa iuuencæ:
Quoq; ſuæ comites ire iubentur: eat:
Quum fuget a templis oculos bõa diua uirorũ
Præter quos: ſi quos illa uenire iubet.
Quum cuſtode foris tunicam ſeruante puellæ
Celent furtiuos balnea multa iocos.
Quum: quotiẽs opus eſt: fallax ægrotet amica
Tollat & in lectum quemlibet illa ſuum.
Nomie quũ doceat quid agatur adultera clauis
Quaſq; petes: non det ianua ſola uias.
Fallitur & multo cuſtodis cura lyæo
Illa uel hiſpano lecta ſit uua iugo
Sũt quoq; quæ faciũt altos medicamina ſomnos
Victaq; lethæa lumina nocte premant.
Nec male delitiis odioſum conſcia tardis
Detinet: & lõga iungitur ille mora.
Quid iuuat ambiguas p̃ceptaq; parua monere
Quum minimo cuſtos munere poſſit emi?
Munera: crede mihi: placãt homineſq; deoſque
Placatur donis iuppiter ipſe datis.
Quid faciet ſapiẽs? ſtult⁹ quoq; mũere gaudet
Ipſe quoque accepto munere mitis erit.
Sed ſemel eſt cuſtos longum redimẽdus i æuũ:
Sæpe dabit: dederit quas ſemel ille manus.

locis poterit eẽ puella ſine cuſtode: Quũ ſpectet iunctos. Quum aſpiciat ludos romanos: de quibus i primo diximus. Quũ ſedeat phariæ. Sacra iſidis dicit: quæ ex ægypto romam traſlata fuerunt. dicente. Lucano. Nos in templa tuam romana accepimus iſim: ea autem celebrabantur a romanis mulieribus caſtimonia multorum dierum Phariæ iuuencæ. Iſidis quæ in uaccam mutata ab ægyptiis colebatur. Eã lunã eſſe ſcribit Diodorus: cuius ſacerdotes lineis uelamentis utebantur. ut ſcribit apuleius. unde in primo Ouidius Iſim appellauit deam linigeram. Operoſa. dans operam. Eſt enim operari alicui rei operam dare. Propertius. Cynthia iam noctes ẽ operata decẽ. Siſtris: Siſtrũ crebra agitatõne argutum erat multis crepitaculis circũ ſonantibus unde Papinius id multiſonum appellauit. Apuleius in. xi. met. æreis atq; argenteis. imo uero aureis ẽt ſiſtris argutũ tinnitũ cõſtrepentes. Suæ comites: aliæ matronæ. Quum fuget. quum expellat. Oculos uirorũ: nã ſacris bonæ deæ non licebat uiros intereſſe. Propertius. Sacra bonæ maribus non adeunda deæ. Præterq̃ ſi quos. præter amantes: qui ad hæc loca ſe cõferebãt. ut antea dictũ eſt. Quũ cuſtode foris: in balneis quoq; dicit poſſe emantem cum amica furtim iocari. Aegrotet. ſimulet ſe maleualere. Adultera clauis. externa clauis: quaſi altera facta: ſicut adulterinã monetã appellamus: quã indocti falſam dicunt: & Apuleius Auctorẽ adulterinũ uocat. Adulteram etiam mulierem appellamus: quæ adulteriũ cõmittit. Nomine quum doceat aut nomine adultera hoc eſt quam appellamus adulterã: aut doceat noie ipſo. quo alteram factã ſignificari diximus: quaſi & ipſa poſſit nobis furtim ianuam recludere: Ianua ſola. quia ſunt & feneſtræ. Illa uel hiſpano lecta ſit uua iugo. Laletana p̃uincia ẽ hiſpaniæ: quæ uinum peſſimũ mittebat: Martialis. A caupone tibi fex laletana petatᷣ: potes inquit Ouidius multo uino uel peſſimo ianitori ſomnũ inducere: aut certe optio uio qđ ẽt naſcebatᷣ i hiſpãia Ianuæ p̃fectũ euicẽdũ eẽ dicit: nã Pli. ſcribit i hiſpania luſitana uia copia nobilitari: Elegãtia uero Tarraconẽſia: atq; aurõeſia: & Balearica ex iſulis ꝯferũt italiæ priiſ. Sũt quoq; q̃ faciãt: Medicamia eẽ dicit qb⁹ poſſit puellæ cuſtodes ſõno afficere. Lethæa nocte. obliuioſo & p̃fũdo ſõno quẽ aquæ lethææ iducũt Vir. Ecce de⁹ ramũ lethæo rore madẽtẽ: Viq; ſoporatũ ſtigia ſup utraq; q̃ſſat Tẽpora Quũ minio cuſtos: id ẽt

Iſia.
Operari
Siſtum.
Adultera clauis
Adulterina Moneta
Laletana
Laleta nũ uinũ
Vinum hiſpanũ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

docet Apuleius libro nono met.de quodã Mymece.Q uæſtus eram.Admonet metuendas eſſe æqua
les:ne amatores relicta amica illas ament. Et lepus hic.hæc præda. Hæc quoq; quæ præbet lectum
Metuendam quoq; eſſe eam dicit:qum tibi locũ præbuit ubi cũ amatore coiiti. Mecum non ſemel il
la fuit.eam enim compreſſi:quod item poterit fieri a tuo amatore. Vicem dominæ:quia cũ illa rem
habui loco dominæ.In hoſtem mittor.aperiendo conſilium fœminis:quæ tanquam hoſtes uiris inſi
diantur. Aperto pectore:apertis & nudis conſiliis. Viderit utilitas:quaſi dicat poſt habenda eſt
utilitas hominum præceptis : quæ fœmi-
nis damus.Lemniadum gladios:artes mu
liebres:quibus contra uiros utuntur. tanq̃
gladiis lemniades:quæ una nocte uiros
trucidarunt. Dolor & de pellice fictus:
q̈ uit amore alterius fœminæ teneatur.
Et laniet digitis prælia puellarum cum a
mantibus deſignat.Horatius.Nos prælia
uirginum. Sectis in iuuenes unguibus a
crium. Procris erit.Procridiſ Erichthei
athenarum regis filiæ fabulam narrat quã
ẽt in ſeptimo met:plenius exequitur.Flo-
rentis hymeti.ueſtitur enim ſemper flori
bus. Hymetus mons atticæ melle cele
brat⁹:& effoſſione marmorum:ut Strabo
ſcribit.unde Plinius ſcribit columnas qua
tuor hymetii marmoris adam ſcæn ornã
dam aduectas fuiſſe: Roſmaris .Roſma
ris ẽt a Plinio libanotis appellatur. Et lau
rus:Laurus(ut Diodorus docet)ab apol
line inuenta ẽ.ob idq; ei conſecrata fertur
Triũphis dicata erat gratiſſima lãitrix do
mibus cæſarũ atq; põtificũ:dicẽte Ouidio
in met. Tu ducibus lætis aderis.quum læ-
ta triumphũ Vox canet:& longas uiſent
capitolia põpas:Poſtibus Auguſtis eadẽ
fidiſſima cuſtos Ante fores ſtabis:mediã
que tuebere quercũ:& in triſtibus: Cui ta
men appoſita uelatur ianua lauro: Cingit
& auguſtas arbor opaca comas.An q̈a p-
petuos meruit domus iſta triumphos. An
quia leucadio ſemper amata deo. Ipſa ue
q̈ feſta ẽ:an q̈ facit omnia feſta:Q uã tri-
buit terriſ paciſ an iſta nota eſt. Vtq; uiret
laurus ſemper:nec fronde caduca Carpiẽ
æternũ ſic habet illa decus:Cur autem lau
ro in triumphis honos fuerit docet Plini⁹
li.xy. Nigraq; myrtus : Myrtus arbor eſt
ueneri dicata: Virgilius:Formoſæ myrt⁹
ueneri:Eius genera tria prodidit . Cato:
candidam:Nigram.Coniugalem:hæc po
ſtrema ita appellat̃.q̈ coniugiis dicata ſit
& a græcis Agia dicit̃:Catullus. Floridis
uelut enitẽs Myrtus agia ramulis.Et den-
ſum foliis buxum:laus eſt arboris quæ qui
to eſt denſior foliis:tanto pulchrior uide-
tur:& topiario operi magis apta. Buxus
aũt plurima naſcebat̃ in cytoro mõte pa-
phlagonæ:ut Solinus ſcribit. Virg.& iuuat undãtẽ buxo ſpectare cytorũ.Buxus ẽt plurima naſcebat̃
pyreneis mõtibus:ac berecynthio tractu ut Pli.docet.Flagileſq; myricæ:Myricæ(ut . Ser.ſcribit uir
gulta ſunt humilima.Virg.Non oẽs arbuſta iuuãt humileſq; mirycæ:ſcribit Pli.Myrycẽ fruticem na
ſci in italia:& Tamaricẽ ab aliis appellari.Nec tenues cytiſi Cytiſus frutex eſt miris laudibus celebra-

Procri-
dis.
Fabula
Hyme-
tus.

Roſma
ris ſeu li
banotis.
Laurus-

Myrtus:
& ei⁹ ge
nera.

Buxus

Cytoruſ

Miricæ.
Cytiſus

Q ueſtus eram.memini metuẽdos eſſe ſodaleſ.
Non tangit ſolos iſta querela uiros.
Credula ſi fueris:aliæ tua gaudia carpent.
Et lepus hic aliis exagitatus erit.
Hæc quoq; quæ præbet lectum ſtudioſa locũq;:
Crede mihi:mecum non ſemel illa fuit.
Nec nimium uobis formoſa ancilla miniſtret.
Sæpe uicem dominæ præſtitit illa mihi
Q uo feror iſanus? quid aperto pectore i hoſtẽ.
Mittor? & iudicio prodor ab ipſe meo.
Non auis aucupibus monſtrat qua parte petat.
Non docet infeſtos currere cerua canes.
Viderit utilitas:ego cœpta fideliter edam.
Lemniadum gladios in mea damna dabo.
Efficite:& facile eſt:ut nos credamus amari.
Prona uenit cupidis in ſua uota fides.
Spectet amabilius iuuenem:& ſuſpiret ab imo:
Fœmna .tam ſereno cur ueniatq; roget
Accedant lachrymæ:dolor:& de pellice fictus:
Et laniet digitis illius ora ſuis.
Iam dudum perſuaſus erit:miſerebitur ultro
Et dicet:cura carpitur ipſa mei.
Præcipue ſi cultus erit:ſpeculoq; placebit:
Poſſe ſuo tangi credat amore deas:
Sed te:quæcunq; es moderate iniuria turbet
Nec ſis audita pellice mentiſ inops.
Nec cito crediderís:quantũ cito credere lædat:
Exemplum uobis non leue procris erit.
Eſt prope purpureos colles florentis hymeti
Fons ſacer:& uiridi ceſpite mollis humus.
Silua nemuſ non alta facit.tegit arbutuſ herbã.
Roſmaris:& laurus:nigraque myrtus olent:
Nec denſum foliis buxum.fragileſque mirycæ.
Nec tenues cytiſi:cultaq; pinus abeſt.



tus ab Antinomacho athenienſi pabulo ouium:Aridus etiam ſuum.eo lætior eſt ſacietas : & per quã
modico pingueſcunt quadrupedia:ita ut iumenta ordeum ſpernãt:non ex alio pabulo latis maior co
pia.aut melior.Super omnia pecorum medicina a morbis omni uſu præſtante:ideo nutricibus in de-
fectu lactis.aridum.atq; in aqua decoctum potui cum uino dari iubet:& firmiores celſioreſque infan
tes fore.Cytiſus autem in cytiſo inſula primum inuentus.inde in omnes cycladas:mox in urbes græ
cas tranſlatus magno caſei prouentu:rarum hunc fruticem in Italia fuiſſe Plinius ſcribit. Cultaq; pi-
nus.aut pomis ornata : aut cultam appel-
lat ad differentiam pinaſtri.hoc eſt pinus
ſilueſtris:quæ(ut Plinius docet)eſt miræ
altitudinis:& a medio ramoſa.ſicut pinus
i uertice:quæ hanc ob cauſam ab Ouidio
in ultimo met.Succincta appellatur:qua-
ſi cincta & alligata uideatur denſis & ra-
moſis brachiis a uertice in altum tendenti
bus.ut in enarrationibus noſtris in . Oui
dium met.docuimus. Mobilis aura. agi-
tabilis uente. Coniugis . procridis. Au
ditos ſonos:auditam uocem : quia auram
uocabam. Q uaſi pellicis:credidit enim
auram uocatam non uentum eſſe:ſed pelli
cem. Vt ſera lectus de uite racemus:ut eſ
ſe ſolet una maturior & ſeriuſ collecta.Pal
leſcunt frondes:ut pallent frondes: No
ua hiems:nam extrema parte autumni ad
ueniente hieme folia decidunt ex arbori-
bus. Virgilius: Q uam multa in ſiluis
atumni frigore primo Lapſa cadunt folia
Scribit plinius plurimis arboribus folia ca
dere autumno:quaſdam tardius amittere:
atq; in hiemes prorogare moras: Decide-
re Tymæus Mathematicus ſole ſcorpio-
nem tranſeunte ſideris ui ut quodam uene
no aeris putat. Matura cydonia : Mala
ea.quæ a nobis uocantur Cotonea:a græ
cis uero cydonea.ex creta inſula aduecta
dicuntur.Incuruatos trahunt ramos:pro-
hibentq; creſcere eorum parentem. plura
eorum genera ponũtur a Plinio libro. xy.
Non ſatis apta:nondum matura. Vt
thyrſo concita baccha : Trieterica noctu
celebrabantur:ad quæ bacchæ concurre-
bant paſſis per colla capillis:portabant au
tem haſtam Pampinis inuolatam . quam
thyrſum appellabant cingebantq; caput
uirginea corona dicente Ouidio : Nocte
ſua eſt egreſſa domo regina.deiq; Ritib⁹
inſtruitur:furialiq; accipit arma. Vite ca
put tegitur:lateri ceruina ſiniſtro Vellera
dependent humero leuis incubat haſta.
Locus eſt. quo ueniebat cephalus. Et no
men.auræ . Et index.accuſator cephali &
auræ: Tenues cõtraxerat umbras:quia ſol
tunc erat ardentiſſimus:& tenuiores um-
bræ uidebant̃:Inq; pari ſpatio: Mediũ diẽ
per diuerſa uerba deſignat: Ecce redit ce-
phalus proles cyllenia.Cephalus i met.ab

Pin⁹ cul
ta.

ſuccicta
pineta

Caſuſſo
liorum .
Autũno

Cotõea
cydonia

Trieteri
ca
Thirſus

cephal⁹

Lenibus impulſæ zephiris:auraq; ſalubri:
Tot generũ frondes:herbaq; ſumma tremit:
Grata quies cephalo:famulis canibuſq; relictis.
Laſſus in ac iuuenis ſæpe reſedit humo.
Q uæq; meos releues æſtus cantare ſolebat
Accipienda ſinu mobiliſ aura ueni.
Coniugis ad timidas aliquis male ſedulus aures
Auditos memori detulit aure ſonos.
Procris ut accepit nomen quaſi pellicis:auræ:
Excidit.& ſubito mota dolore fuit.
Palluit:ut fera lectus de uite racemus:
Palleſcunt frondes:quas noua læſit hyems.
Q uæq; ſuos curuant matura cydonia ramos :
Cornaq; adhuc noſtris non ſatis apta cibis.
Vtq; animus rediit:tenues a pectore ueſteſ
Rumpit:& indignas ſauciat ungue genas.
Nec mora:per medias ſparſis furibunda capilliſ
Euolat:ut thyrſo concita baccha:uias .
Vt prope peruentum ẽ:comiteſ in ualle reliquit
Ipſa nemus tacito clam pede fortis init.
Q uid tibi mentis erat:quũ ſic male ſana lateres
Procri? quis artoniti pectoris ardor erat?
Iam iam uenturam quæcunq; arat aura putabas
Scilicet atq; oculis probra uidenda tuis.
Nunc ueniſſe piget:neq; enim deprẽdere uelleſ
Nũc iuuat.incertuſ pectora uerſat amor.
Credere quæ iubeãt :locus eſt:& nomẽ:& idex
Et:quia mens ſemper:quod timet:eſſe putat
Vidit ut oppreſſa ueſtigia corporis herba.
Pulſantur trepidi corde micante ſinus.
Iamque dies medius tenues cõtraxerat umbraſ
Inque pari ſpatio ueſper & ortus erat
Ecce redit cephalus proles cillenia ſiluis:
Oraq; fontana feruida pulſat aqua.
Anxia procri lates:ſolitas iacet ille per herbas
Et zephyri molles:auraq; dixit:ades.
Vt patuit miſeræ iocundus nominis error
Et mens & rediit uerus in ore color.
Surgit.& oppoſitas agitato corpore frondes.
Mouit in amplexus uxor itura uiri.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Ouidio æoli:a Strabone Deionei filius fuiſſe fertur:qui ex athenis profugus ab amphitrione dulichi
Cephalus ples cillenia. um accepit:ab eoq; poſtea inſula Cephalenia eſt appellata:cur autem ab Ouidio proles cyllenia dica
tur:docet Strabo in decimo his uerbis:Nec uero Hellanicus Homero concordat Dulichium cepha
leniam nuncupans.Illud enim ſub megete fuiſſe perhibetur:ſicut & Echinades reliquæ:Eius autem
Inquilini Epei ſunt dicti ab Elide profecti:Q uamobrem otum cyllenia de gente phyllei ſocium ma
gnanimorum ductorem Eprorum uocat:Ergo ab Oto cyllenes Eleorum emporu olim incola & du
ctore epeorum:qui dulichium incolebāt.
quod poſtea Cephalus tenuit : dictus eſt
Cephalus proles cyllenia :ꝙ autem cylle
ne ſit Eleorum emporium docet Strabo
in.yiii.Hic locus.pectus meum.Acepha
lo uulnera ſemper habet.prius enim ſolici
ta eram:ne captus eſſes auræ amore nunc
uero meiaculo fixiſti : Te poſitā:te ſuper
iniectam . quaſi dicat.ſepulta minus ſen-
tiam mortis dolorem:quoniam auræ ſuſ-
pitione leuata ſum.In auram in uentum.
Sequitur āt Ouidius eos.qui animam ae-
rem eſſe dicunt & in materiam ſuam redi-
re autumant.Sic Virgilius. Atq; in uen-
Propinquiores. tos uita receſſit. Chara lumina conde ma
mortuis nu.ſcribit plynius morictibus oculos ope
oculos rire:rurſuſque in rogo pateſacere quiritiū
claude- magno ritu ſacratum fuiſſe. Ita more con
bant. dito:ut neq; ab homine ſupremum eos
ſpectari fas eſt:& cœlo nō oſtendi nephaſ
ſolebant aſit propinquiores mortuorum
oculos claudere.Ouidius. Reſpice laertē
ut iam ſua lumina condas Extremum fati
ſuſtinet ille diem. Sed repetamus iter :a
diuerticulo ad rem redeamus. Nudis re
bus:apertis uerbis & exemplis. In con-
uiuia ducam ut doceam quomodo cœnā-
dum ſit apud amicam.Poſita lucerna.quia
iudicio formæ obſtant duo nox ſcilicet &
ebrietas.Maxima læna maxima concilia-
trix.quaſi quædam lena. Tuis uitiis. tuæ
turpitudini. Neue nimis præſume dapes
nec coram amatore nimium edēdo dapes
abſumas. Sed deſine citra.Ordo eſt:Sed
deſine eſſe paulo citra quam cupias:& de-
ſine eſſe paulominus quam potes: eſſe au-
tem infinitus eſt:ab edo uerb o deductum
non a ſum:Suetonius in Tiberio .Q uaſi
biberent.quando eſſe nollent. Non ma-
le facis.non diſcrepas. Hoc quoq; . uide
ſubaudi. Animuſq; pedeſq; Conſtant:
quantum mens.& pedes a uino ſint illæſi.
Nec quæ ſint ſingula.nec quæ ſola ſunt:
duo uideatur.quod ebriis accidit. Tur-
pe iacens mulier.quæ temulenta ſe ſternit
& dormit. Pati quoſlibet concubitus .cū
humilimo quoq; coire.tanquam uiliſſimū
ſcortum. Multa pudenda. Vt ſtertere.
Vlteriora pudet.Erubeſco ea dicere: quæ
ī coitu fieri debēt.Alma diōe. Alma uenꝰ

Ille feram ſonuiſſe ratus iuueniliter arcum.
Corripit:in dextra tela fuere manu .
Q uid facis infœlix:non eſt fera ſupprime tela.
Me miſerum iaculo fixa puella tua eſt.
Hei mihi conclamat fixiſti pectus amicum.
Hic locus a cephalo uulnera ſemper habet :
Ante diem morior:ſed nulla pellice læſa:
Hoc faciet poſitam te mihi terra leuem
Nomine ſuſpectam mihi ſpiritus exit in auram:
Iam morior:chara lumina conde manu.
Ille ſinu dominæ morientia pectora mœſto
Suſtinet & lachrymis uulnera ſæua lauat .
Dixit:& in cauto paulatim pectore lapſus
Excipitur miſeri ſpiritus ore uiri
Sed repetamus iter:nudis mihi rebus agēdū ē:
Vt tangat portus feſſa carina ſuos:
Scilicet expectas:ut te in conuiuia ducam .
Et quæris monitus hac quoq; parte meos :
Sera ueni:poſitaq; decens incede lucerna
Grata mora uenies:maxima lena mora eſt
Et ſi turpis eris:formoſa uidebere cunctis:
Et latebras uitiis nox dabit illa tuis
Carpe cibos digitis:eſt quidam geſtus edendi.
Ora nec immunda tota perunge manu .
Neue diu præſume dapes:ſed deſine citra
Q uam cupias paulo:quam potes.eſſe minus
Priamides helenen auide ſi ſpectet edentem :
Oderit:& dicet.ſtulta rapina mea eſt.
Aptius eſt:decet atq; magis potare puellas.
Cum ueneris puero non male bacche facis:
Hoc quoq; quā patiens caput ē:aīuſq;.pedeſq;.
Conſtant.nec:quæ ſint ſingula:bina uide
Turpe iacens mulier multo madefacta lyæo:
Digna eſt concubitus quoſlibet illa pati.
Nec ſomno tutum eſt poſita ſuccumbere mēſa.
Per ſomnos fieri multa pudenda ſolent .
Vlteriora pudet docuiſſe:ſed alma dione.



Vna figura.unus coeundi modus: Sunt enim multi.quos poeta deſcribit. Spectetur tergo.id
& cætera huiuſmodi interpretetur uenus.nos quoniam nimis eſt obſcœnum ſilentio præteribimus.
Thebais. Andromache filia Eetionis thebarum in cilicia regis. Vt philleia mater:tanquam quæ
bacchi ſacra celebrans:demittit capillos per colla.Ouidius in faſtis.Vt quas audire ſolemus Threi-
cias fuſis menades ire comis:& Amata Virgiliana ita loquitur. Soluite crinales uittas :capite orgia
mecum:a Phylla autem Magneſiæ oppido:baccham phylleiam appellauit Ouidius. Scribit etiā ſtra Phylla-

Præcipue noſtrum eſt:quod pudet īquit opu
Nota ſibi ſit quæq;:modos à corpore certos
Sumite:non omnes una figura decet.
Q uæ facie præſignis erit:reſupina iaceto.
Spectetur tergo:cui ſua terga placent.
Mimalion humeris atalantæ crura ferebat.
Si bona ſunt hoc ſunt aſpicienda modo.
Parua uehat equo quod erat longiſſima nūquā
Thebais hectoreo nupta reſedit equo.
Strata premat genibus paulum ceruice reflexa
Fœmina per longum conſpicienda latus.
Cui femur ē iuuenile:carēt quoq; pectora mēda
Stet uir in obliquo fuſa ſit illa toro
Nec tibi turpe puta crinem:ut phylleia mater
Soluere:& effuſis colla reflecte comis.
Tu quoq;:cui rugis uterum lucina notauit.
Vt celer auerſis utere parthus equis.
Mille modi ueneris:ſimplex minimiq; laboris:
Q uum iacet in dextrum ſemiſupina latus.
Sed neq; phœbei tripodes:nec corniger ammō
Vera magis uobiſ:quā mea muſa canet.
Si qua fides arti quam longo fecimus uſu:
Credite præſtabunt carmina noſtra fidem.
Sentiat ex imis uenerem reſoluta medullis
Fœmina:& ex æquo res iuuet iſta duos.
Nec blandæ uoces iucundaq; murmura ceſſent
Nec taceant mediis improba uerba iocis.
Tu quoq; cui ueneris ſenſum natura negauit
Dulcia mendaci gaudia finge ſono.
Infœlix cui torpet hebes locus ille puella:
Q uo pariter debent fœmina uirq; frui:
Tantum quum finges:ne ſis manifeſta caueto:
Effice per motum:luminaq; ipſa fidem.
Q uod iuuat.& uoces:& anhelitus arguat oris
Ah pudet:arcanas pars habet illa notas.
Gaudia poſt ueneris quæ poſcit munus amantē
Illa ſuas nolit pondus habere preces.

bo a phyllo theſſaliæ oppido:phyllei apo unde
linis phanū eē appellatum . Cui rugis ute Phylle-
rum lucina notauit.cui partus uterū ſigna ius decli
uit:habent enim poſt partum fœminæ ru natur
goſum corpus.Sane lucinam deam partuſ
pro ipſo partu poſuit. Vt celer auerſis:
poſt peractam rem venereā .te ſubtrahas
celeriter & auertas:ut parthi fugientes fa
ciunt ne corporis rugæ uideantur: de par
thorum fuga ſatis dictum eſt ſuperius.
Sed neque phœbei tripodes. Tripo-
des(ut Seruius docet)erāt menſæ in tem Tripodes.
plo Apollinis delphici:quibus ſuperpoſi
tæ phœbades uaticinabantur. Nec cor
niger ammon.Ammonem dicit:qui in ci
renaica regione colebatur:& dabat reſpō
ſa.Nam Dionyſiuſ(ut Diodorus ſcribit)
& templum patri.& urbem condidit:ho- Ammō:
noreſque ut deo impendit :quoſdam inſti
tuens:qui haberent diuinationis curam .
Ammum autem lingua ægyptia iuppiter
dicebatur.Sed(ut tradit Herodotus)cor
rupto nomine ab afris Ammon dictus eſt
Corniger autem ideo appellatur : quoniā
Ammon galea in bello uſus eſt:cuius inſi Corni-
gne fuit arietis caput.Sunt qui ipſum aſſe ger.
rant natura ī utroque tempore paruula ha Ammō:
buiſſe cornua:propterea eius filium Dio-
nyſium eodem fuiſſe aſpectu:poſteriſque
traditum deum hūc cornua geſtaſſe: hæc
Diodorus.Seruius tamen in quarto æne i
dos fabulam aliter narrat. Templi Am
monis meminit etiam ſolinus:Trogus:&
Plinius. Ex æquo: ut ambo pariter ſol-
uantur in uenerem. Veneris ſenſum:eam
dicit.quæ in uenerem natura frigidior eſt.
Mendaci:ſono:uoce ſimulata.qua qui-
dam in coitu utuntur. Per motum. per
corporis agitationem. Luminaque ip-
ſa.per oculos ipſos:quomodo autem id fi
at docet Iuuenalis eo uerſu.Oculoſque in
fine trementes:& Perſius:patranti fractuſ
ocello. Gaudia poſt ueneris.poſt perac
tum munus uenereum. Q uæ poſcit mu
nus amantem:quæ petit ab eodem offici
um coeundi.Habere pondus effectum ha
bere:quia tunc non poterit:hāc igitur ob
cām puella ſimulet ſe pariter eū amante ſo
lutam eſſe in uenerem etiam ſi non fuerit.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Cyeni fabula. Olor

Latet aptius.cõmodius celatur.Luſus.opus meũ. Cycnis diſcedere tẽpus. Cycenus uir fuit:qui poſt phaetontis caſum in auem ſui nominis mutatus eſt:ut docet Ouidius in met.& maro in decimo :latine Olor appellatur:ut higynius ſcribit: Dicuntur autem olores ueneris currum uehere.papinius. Amyclæos ad frena citauit olores & Ouidius ĩmet. Vecta leui curru medias citherea per auras Cypron olorinis nõdum peruenerat alis:ſunt etiã cicni(ut in tuſculanis ſcribit Cicero)Apollini dicati ꝙ ab eo diuinitatem habere uideantur:quia præuidentes quid in morte boni ſit.cum cantu & uoluptate moriantur.unde nõ ĩmerito poeta: ꝙ eſt in tutela Apollinis.& cecinit res ueneris.ab auibus utriꝗ numini dicatis. uectũ ſe fuiſſe dicit.Sane currum ueneris nõ modo olores ducunt:ſed etiam colũbæ.Claudianus.Venus hic inuecta colũbis. Apuleius quoꝗ in ſexto met. lepiſſime docet quattuor candidas columbas picta colla torquentes iugum ueneris gẽmeum ſubire.& currum deæ proſequentes gannitu conſtrepenti laſciuire paſſeres: & cæteras quæ dulce canticant aues melleis modulis ſuaue reſonantes:aduentum deæ ꝑnunciare. Spoliis.exuuiis amantum.

Currus Veneris

FINIS.

Nec lucem in thalamos totis admitte feneſtris.
Aptius in ueſtro corpore multa latent.
Luſus habet finem:cygnis diſcedere tempus
Duxerunt collo qui iuga noſtra ſuo.
Vt quondam iuuenes.ita nũc mea turba puellæ
Inſcribant ſpoliis.Naſo magiſter erat.

P.OVIDII NaSONIS DE ARTE AMANDI. FINIS.



## BARTHOLOMAEI MERVLAE ENARRATIONES IN PRIMVM. OVIDII VOLVMEN DE REMEDIO AMORIS.

LEgerat huius amor titulum:nomẽꝗ libelli.Scripturus de Remedio Amoris Ouidius: primo ſe excuſat Cupidini:oſtenditꝗ non ei aduerſari uelle ſuis præceptis: ſed his ſe opem ferre paratum eſſe : qui adeo impatienter amant:ut quandoꝗ neceſſe ſit nimio amore:ut laqueo:aut ferro:aut alia uia uitam finir̃:quod quidem alienum eſſe dicit a cupidinis regnis:qui amãtum lachrimis tantũmodo contẽtus Citra mortem iocari ſolet. Deinde allaturus poeta remedia amantibus Medicinæ & poetarum præſidem Apollinem inuocat. Tum demum Narrationem & opus in duos libellos digeſtum exequitur. Titulum :Indicem. Dicitur autem Titulus a tuendo.quaſi titulus:ꝙ tueatur opus auctoris. Martialis. Vnum de titulo tollere iota potes. Nomẽꝗ libelli:quod eſt de remedio amoris. Tuum uatem:qui res laſciuas canunt. Vates etiam cupidinis & ueneris eſſe dicuntur. unde apud papinium cupido de ſtella poeta ita uenerem alloquitur.Hic tibi plectra dedit:mitiſꝗ incedere uates Maluit:& noſtra laurũ ſubtexere myrto.Agathon quoꝗ in Platonis conuiuio ſcribit amorẽ eſſe adeo ſapientem ut alios quoꝗ poetas poſſit efficere. Quilibet enim licet antea rudis.poeta euadit.quum primũ amor efflauerit. Sceleris dãnare:credendo bella ame parari inte.cuius ductu & auſpiciis ſæpenumero pugnaui. Non ego tydides:non ſoleo ego pugnare contra te :aut matrem uenerem:ut olim Diomedes : qui(ut in quito iliados ſcribit Homerus) uenerem inter frequentiam bellantium ſecutus propere.atque aſſecutus:per Ambroſium Peplum:quem ipſę charites elaborauerãt.immiſſa lanceæ cuſpide percuſſit : extremitatemꝗ teneræ manus facile ad uolam uſꝗ trãſfodit:quo ex uulnere cœleſtis ſanguis humorꝗ.qualis e diuinis corporibus ſolet emanauit:quippe nec fruge ueſcuntur dii:nec uinum potant: eoꝗ exangues ſunt:& immortales nominantur.In liquidum rediit æthera martis equis.Venus enim a Diomede uulnerata Martem his uerbis Orauit. Suſcipe me frater ſuauiſſime:cõmodaꝗ mihi parũper equos tuos:ut in cœleſte domiciliũ deorũ pergam.Atroci nãꝗ cruciatu conficior ſaucia ferociſſimi Diomedis manu:qui ẽt(quæ ſua audacia eſt)cũ ioue ipſo pugnaret.Sic locuta:exoratiſꝗ eqs mœſtitia grauis in currũ aſcendit.& aurigãte Iri:equoſꝗ ſua ſponte rapidos:ẽt uerberibus addere curſum urgente:in uaſtum olympũ continuo perlata eſt. Tepent.frigent.Plautus.Hic homo factus eſt tepidior:aut certe temperate amant.Tepidum enim dicitur medium inter calidũ & frigidũ Ouidius ĩ met.Tepidiꝗ roſaria pæſti.Qua poſſes arte parari:qũo poſſes conciliari amantibus : deſignat autẽ libros artis amatoriæ.Et quod nunc ratio eſt:& nũc quod rõne agitur in remediis amori afferẽdis.Eſt enim ratio gerendorũ ordo ex cauſa uenientiũ:ut qd quo loco facias:ac dicas intelligas.Cauſa uero ẽ animi impulſus ad aliquid agendum. Impetus ante fuit:antea enim in præceptis amatoriis uſi ſumus impetu & quaſi curſu incerto:potiuſquã ratione. Nec prodimus:nec tanquã proditores oppugnamus. Noſtras artes.noſtra amatoria præcepta. Retexit:deſtruit. Fœliciter ardet.ſi fœliciter amat.Et uento nauiget ille ſuo:& amare pergat. Male fert:ægre patitur. Regna :imperia. iuſſa. Indignæ puellæ.uilis amicæ:& non dignæ illis regnis Ne pereat.ne conficiat̃ amore.Noſtræ artis

Titulus

Cupido poetas efficit.

Venus uulnerata a.Diomede

Venus uulnerata in cœlũ rediit

Tepidũ Ratio.

Cauſa.

P.OVIDII NASONIS DE REMEDIO AMORIS LBER PRIMVS INCIPIT.

LEgerat hui9 amor titulum nomẽꝗ libelli:
Bella mihi uideo:bella parantur ait.
Parce tuum uatẽ ſceleris damnare cupido:
Tradita qui totiẽs te duce ſigna tuli.
Non ego tidides a quo tua ſaucia mater
In liquidum rediit æthera martis equis.
Sæpe tepent alii iuuenes.ego ſemper amaui.
Et ſi quid faciam nunc quoꝗ quæris:amo.
Quin etiam docui:qua poſſes arte parari.
Et quod nunc ratio eſt impetus ante fuit.
Nec te blande puer:nec noſtras ꝓdimus artes:
Nec noua præteritum muſa retexit opuſ.
Si quis amat:quod amare iuuat:fœliciter ardet
Gaudeat.& uento nauiget ille ſuo.
At:ſi quis male fert indignæ regna puellæ:
Ne pereat:noſtræ ſentiat artis opem:



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Cur aliquis laqueo collum nodatus amator
 A trabe ſublimi triſte pependit onus?
Cur aliquis rigido fodiat ſua pectora ferro.
 Inuidiam cædis pacis amator habes.
Q ui niſi deſierit: miſero periturus amore eſt
 Deſinat. & nulli funeris auctor eris.
Et puer es: nec te quicquam: niſi ludere oportet
 Lude: decent animos mollia regna tuos:
Nam poteras uti nudis ad bella ſagittis.
 Sed tua mortifero ſanguine tela carent.
Victricus & gladiis & acuta dimicet haſta:
 Et uictor multa cæde cruentus eat.
Tu cole maternas tuto quibus utimur artes
 Et quarum uitio nulla ſit orba parens.
Effice. noctorna frangatur ianua rixa
 Et tegat ornatas multa corona fores.
Fac coeant furtim iuuenes: timidæq; puellæ.
 V erbaq; dent cauto qualibet arte uiro
Et modo blanditias: rigido modo iurgia poſti
 Dicat: & excluſus flebile cantet amans.
His lachrymis cõtentus eris ſine crimine mortis
 Nec tua fax auidos digna ſubire rogos.
Hæc ego: mouit amor gemmatas anteus alas
 Et mihi propoſitum perfice dixit opus
Ad mea decepti iuuenes præcepta uenite:
 Q uos ſuus ex omni parte fefellit amor
Diſcite ſanari: per quem didiciſtis amare.
 V na manus uobis uulnus opemq; feret.
Terra ſalutiferas herbas eademq; nocentes:
 Nutrit. & urticæ proxima ſæpe roſa eſt.
Vulnus achilleo quæ quondam fecerat hoſti.

noſtrorum præceptorum. Nodatus collum: habens collum ligatum. Eſt autem Sinecdoche nota ſigura. Triſte onus. lugubre & infœlix pondus: Habes inuidiam cædis: habes odium mortis quia amore illum periiſſe intelligunt. Niſi deſierit. niſi flagranti amori deſtiterit indulgere: Deſinat: amare deſiſtat meis præceptis. Mollia regna: laſciua: & innoxia imperia: quibus præfectus es. Poteras uti. poteras armari & pugnare: ſi uoluiſſes: ut amantes interirent. Nudis ſagittis: uel exromptis ex pharetra: uel non occulto: ſed aperto marte. Sed tua mortifero. ideo non pugnas nudis ſagittis: quia ſpicula tua non ſunt lœtifera

Mars & eius iuẽtum

Vitricus & gladiis. Martem deſignat: quẽ Diodorus ſcribit primũ fabricatis armis armaſſe milites: pugnandiq; ac certandi morem ĩduxiſſe: eos qui diis aduerſi eẽnt interficientem. Eundem etiam Homerus refert inter omnes cœleſtes ioui eſſe maxime inuiſum: quem nihil iuuat. niſi rixæ: niſi pugnæ: niſi bella. uere reddẽtem ingenium Iunonis ferox. uaſtum. cõtumax: & malignũ. Vitricus autem (ut Modeſtinus

Vitric⁹.

Iuriſconſultus ſcribit) appellatur matris uir ex alio uiro natis. Mars enim Vitricus dicitur Cupidinis: quoniam eo uenus mariti Vulcani loco abutebatur. Maternas artes: iocos ueneris matris. Q uibus tuto utimur. Q uibus nos amãtes utimur ſine mortis periculo. Et quarum uitio: & eas artes cole ſubaudi. Nulla ſit orba parens. nulla mater liberis priuatur. Nocturna frangatur ianua rixa. Excluſi enim propter ui amantes noctu feriebant amicæ fores crebris ictibus: ut antea diximus. Et tegat ornatas. noctu etiam amantes foribus coronas figebant. aut in limine relinquebãt unde in ſecundo de arte ita præcipit Ouidius. Poſtibus: & duræ ſupplex blandire puellæ. Et capiti demptas in fore pone roſas. & Propertius. Et mihi non deſunt turpes pendere corollæ. Et modo blanditias ſic Tibullus ianuam execrando inquit. Ianua difficilis dominæ te uerberet imber. Te iouis imperio fulmina miſſa petant & paulopoſt blanditiis utitur: quum inquit. Et mala ſiqua tibi dixit dementia noſtra Ignoſcas: capiti ſint præcor illa meo. Et excluſus flebile cantet amans. Excluſus amator flebili cantu queratur: ut facit Ouidius in ea elegia: quæ ſic incipit. Ianitor ĩdignæ dura religate catena. Nec tua fax facem intelligit. qua cupido amãtes urit. Rogos auidos. cupidam mortem & optatam ab amantibus. Amor aureus. pulcher cupido. Gẽmatas alas: gẽmas imitantes. radiãtes. Martialis: miraris quotiẽs gẽmantes explicat alas: & Papinius. Q uæ ſup impoſito moles gemmata coloſſo. Propoſitũ opus libros de remedio amoris. Q uos ſuus ex omni: quos ſuus amor penitus deſtituit. Vulnus opemq; feret. Vulnus intelligit præcepta amatoria: opem uero remedium amoris. Vulnus achilleo. Telephus (ut in quinto ſcribit Diodorus) filius fuit herculis & auges filiæ Alei regis arcadiæ: qui inter uirgulta ĩuentus: q a cerua exhibito ubere nutritus ſit. Telephi nomen accepit. Hic donatus a paſtoribus coryto theſſaliæ regi: a quo ut filius educatus. uir factus matrem inueſtigans. delphos uenit: reſponſoque accepto. ut in myſiam nauigaret. ad Teuthrantum regem inuenta matre: cognitoque cuius

Gẽmatus.

telephi. hiſtoria



eſſet filius: magno in honore eſt habitus: Teuthrantus uirili ſtirpe carens. Argiopen filiam Telepho deſpondit: eumq; reliquit regni ſucceſſorem: Græci deinde ignorantes iter ad troiam: in Myſiã per errorem peruenerunt. contra quos Telephus in pugnam deſcendẽs: inſequenſq; olyſſem cecidit ibiq; ab achille: qui iminebat uulneratur: & quum reſpondiſſet oraculum. Telephi uulnus ſanari non poſſe: niſi iterum ab achille eodem in loco uulneraretur. in græciam nauigauit: quo ex myſia græci redierant. promiſitque achilli in præmium ſanati uulneris ſe ducem futurum ad littus troianum: ac ita ſanatus eſt dicente Ouidio in met. Ego Telephon haſta Pugnantem domui: uictum orantemq; refeci: Sane icirco fingitur Telephus eadem haſta ict⁹ ab achille eſſe ſanatus: quoniam ferri rubigine uſus ſit. cuius uis eſt ligare. ſic care. reſtringere. ut Plinius docet in. xxxiiii. Claudianus tamen Telephum ſcribit ab achille ſanatum eſſe uirtute herbaria: cuius cognitionem a chirone centauro didicerat. Ita enĩ canit. Sanus achileis remeauit teleph⁹ herbis Cuius pertulerat uires & ſenſit in uno Lœthalem placidamq; manum medicina per hoſtem Contigit: & pepulit quos fecerat ipſe dolores Pelias haſta. haſta theſſala: a pelio monte theſſaliæ: uel a peleo. Achillis patre. Fuit autem ex Fraxino. ut docet. Homerus lib. xxii. iliados. Strabo in decimo: & Plinius in. xvi. Sed quæcunque uiris: Profitetur poeta ſe hæc præcepta tam uiris: quam puellis tradere. Ad ueſtros uſus: Q uia multa dicet agenda a uiris: quæ non decent puellas. Attamen exemplo. Exemplo præceptorum. quæ uiris dabuntur. poterunt & fœminæ quid agendum ſit intelligere. V tile propoſitum eſt. eſt utile inſtitutum. Sæuas flammas amorem intolerabilem. Vitiis ſtimulis amoris. Vixiſſet phyllis. Multarum exempla proponit: quæ impatientis amoris dederunt pœnas: quod non feciſſent: ſi præceptis poetæ uti potuiſſent.

Cur Telephus eadẽ haſta dicitũ ſanatus.

Haſta Achillis

Vulneris auxilium pelias haſta tulit.
Sed quæcunq; uiris: nobis quoq; dicta puellæ
 Credite: diuerſis partibus arma damus.
Ex quibus ad ueſtros ſi quid non pertinet uſus:
 Attamen exemplo multa docere poteſt
V tile propoſitum eſt ſæuas extinguere flãmas
 Nec ſeruum uitiis pectus habere ſuum:
Vixiſſet phyllis: ſi me foret uſa magiſtro:
 Et per quod nouies: ſæpius iſſet iter.
Nec moriens dido ſumma uidiſſet ab arce
 Dardanias uentis uela dediſſe rates:
Nec dolor armaſſet contra ſua uiſcera matrem.
 Q uæ ſocii damno ſanguinis ulta uirum eſt.
Arte mea tereus: quamuis phylomena placeret
 Per facinus fieri non meruiſſet auis:
Da mihi paſiphaen: iam tauri ponet amorem:
 Da phædram: phædræ turpis abibit amor.
Redde parim nobis: helenen menelaus habebit
 Nec manibus danaum pergama uicta forent
Impia ſi noſtros legiſſet ſcylla libellos:
 Hæſiſſet capiti purpura niſe tuo.

Nouies. phyllis enim ad littus ſola profecta eſt: ut proſpiceret an Demophoon ueniret: ut in ultimo huius operis docet Ouidius. Nec dolor armaſſet. Medeam deſignat. quæ repudiata ab iaſone poſt regiam creontis incenſam in eius ultionem filios iugulabit: ut antea dictum eſt: Contra ſua uiſcera: cõtra ſuos liberos. Damno ſocii ſanguinis. Amiſſione liberorum. Arte mea tereus. Terei regis daulidis fabula nota eſt. Ouidii carmine in ſexto met. Per facinus per uim philomenæ illatam. Fieri auis: mutari in upupam: id autem Biziæ in thracia factum fuiſſe Plinius ſentire uidetur. Strabo uero ſcribit in. Mediterranea ſecundum delphos pauliſper ad orientem Daulida oppidulum eẽ ubi tereum thracem potentatum tenuiſſe aiunt: quæq; de philomena & progne fabulis uulgata ſunt: eo in loco patrata memorant. Verum Thucidides ad Megara ſcribit. loco autem nomen a denſitate arbuſtorum nomen inditum eſt. quum. Daulos denſos appellant. Da mihi paſiphaen. Paſiphaes fabula dicta eſt ſuperius. Da phædram. Q uæ priuigni hippolyti amore exarſit. Impia ſi noſtros. Scyllam Niſi Megarenſium regis filiam dicit: quæ capta amore minois Alchatoen patriam: & patrem obſidentis: q is cum Athenienſibus ſenſerat ĩ Androgei morte. Carines nutricis phœnicis ogigii filiæ conſilio: patris cumam fatalem abſcidit. pacta cum minoe coniugiũ & regnũ: minos deteſtatus puellæ facinus: q patrem prodidiſſet ac patriam: cuius ſalus dicitur in purpureo patris capillo conſtitiſſe: expugnata Alcathoe. in cretam ſoluit: puellamq; e naui ita appendit: ut mari traheretur. Sed quũ cretæ appropinquaſſet. Neptunus in auem. Cyrim puellam. Iuppiter patrem Niſum in Alietũ conuertit qui eſt ex aquilarũ generibus Cyris appellata eſt. Auctore Ouidio) a coma detonſa. & capillis. q cyri dicunt. Eſt auis criſtata. quã Alaudulam uocant. eãq; ſemp Alietus iſequit odio ppetuo. ut docet maro

Medea filios iugulauit.

Vbi Terei facinus ppetratum. Daulis Daulos.

Scillæ fabula.

Alietus. Cyris.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Damnoſas curas.Damnum & mortem afferentes. Rectaque cum ſociis:ſic in primo de arte ſe Tiphim & nauis magiſtrum.appellauit. Publicus aſſertor:publicus liberator: Aſſero enim uerbum eſt medium ſicut uindico·Dicimus enim Aſſerere tam in ſeruitutem: quam in libertatem uindicare: hinc aſſertor deducitur.Liuius.libro tertio:Claudio clienti negocium dat.ut uirginem in ſeruitutem aſſereret. Vitiis. Cupidinis ſtimulis: Suppreſſa pectora mentes calcatas ab amore. Vindictæ ſuæ.libertati propriæ a uindicta uirga.qua ſerui a prætore libertate donabantur. Tua laurea. corona ex lauro tibi dicata. Repertor carminis.Sic Tibullus. Nec proſunt elegi: nec carminis auctor.Apollo.Verſum eni Heroicum(ut Plinius ſcribit)pythio oraculo debemus. Quidam phœmonoen Apollinis filiam primam carmen. Heroicum cecinisse ſcribunt.Et medicæ opis:& medicinæ facultatis:quam. Apollo inuenit.Ouidius in met. Inuentum medicina meum eſt:opifexq; per orbem. Dicor:& herbarum ſubiecta potentia nobis. Idem etiam docet Agathon apud Platonem:& Diodorus.cuius uerba hæc ſunt. Apollinem,citharæ:eiuſq; muſicæ inuentorem ferunt.Medicinæ inſuper ſcientiam diuinandi arte perceptam.qua olim infirmi erant morbos curare ſoliti.primum attuliſſe. . Medenti,remedia amantibus afferenti. Vtraq; cura:& poeticæ:& medicinæ facultatis. Dum licet. dum non adhuc es nimio amori obnoxius. Et modici motus.moderatus amor. Tangunt præcordia:ſolicitant mentem quid autem ſint præcordia:docet.Plinius his uerbis. Exta homini ab inferiore uiſcerum parte ſeparantur membranis:quæ præcordia appellant: quia cordi prætenduntur quod græci appellauerunt phrenas. Si piget: te amare. In primo limine:in primo aditu amoris. Siſte pedem:ne ulterius procedas. Mala ſemina.mala principia. Nam mora dat uires.Amor tardando ſumit maiorem uim. & magis augetur.

Quæ præbet latas.Platanum intelligit de qua abunde diximus in libris de arte amandi. Læſuro iugo: ſeruituti amoris nociture. Qui non eſt hodie: qui hodie non ſubtrahit colla iugo læſuro. Verba dat omnis amans:amantes omnes ſe ipſos fallunt:differendo amoris remedia.

Reperitq; alimenta morando:differentes remedia magis alunt amorem amanteſ Eſt optima uindictæ.eſt optima ad liberādum ſe ab amore. Proxima quæque dies Quia quāto quis celerius iugum amoris ponere feſtinat:tanto etiam ſalubrius ſibi conſulit. Flumina magna uides: Probat amorem maiora in dies incremēta ſuſcepturum:niſi amantes celeriter amorem reiecerint:Non tegeres uultus cortice. mutata enim fuit. Myrrha in arborem :poſtea quam cum patre ſcelus illud admiſit:quod fabulantur poetæ :ut antea diximus. Sed quia dele

Aſſero.
Vidico:
Aſſertor

Auctor.
Heroici
Carmis.

Medicinæ inuētor.

Præcordia.

Me duce damnoſas homines compeſcite curas
Rectaq; cum ſociis me duce nauis eat.
Naſo legendus erat tunc:quū didiciſtis amare:
Idem nunc uobiſ naſo legendus erit:
Publicus aſſertor uitiiſ ſuppreſſa leuabo
Pectora:uindictæ quiſque faueto ſuæ.
Te precor o uates adſit tua laurea nobis.
Carminis & medicæ phœbe repertor opis.
Et pariter uati:pariter ſuccurre medenti.
Vtraque tutelæ ſubdita cura tuæ eſt:
Dum licet:& modici tangunt præcordia motuſ
Si piget:in primo limine ſiſte pedem.
Opprime dū noua ſunt ſubiti mala ſemina mor(bi
Et tuus incipiens ire reſiſtat equus.
Nā mora dat uires:teneras mora ꝑcoquit uuas
Et ualidas ſegeteſ quæ fuit herba facit.
Quæ præbet latas arbor ſpatiantibus umbras:
Quo poſita eſt primum tempore uirga fuit.
Tunc poterat manibus ſumma tellure reuelli
Nunc ſtat in immenſum uiribus aucta ſuis
Quale ſit id quod amas:celeri circūſpice mēte:
Et tua læſuro ſubtrahe colla iugo.
Principiis obſta.ſero medicina paratur:
Quum mala per longas conualuere moras
Sed propera:nec te uenturas differ in horas
Qui non eſt hodie:cras minus aptus erit
Verba dat oīs amās reperitq; alimēta morando:
Optima uindictæ proxima quæq; dies.
Flumina magna uides paruis de fontibus orta:
Plurima collectis multiplicantur aquis.
Si cito ſenſiſſeſ quantum peccare parabas:
Non tegeres uultus cortice myrrha tuos:
Vidi ego:quod fuerat primo ſanabile uulnus
Dilatum longæ damna tuliſſe moræ



ctat. Aſſignat cauſam:cur amantes non celeriter iugum amoris reiiciant. Cras quoq; fiet idem craſ etiam poterimus ab amore deſiſtere. Tacitæ flammæ:occultus amor. Et mala arbor. nocens amor quem arbori altius radices figenti comparat poeta. Primi auxilii. ꝙ non obſtiteris principiis.

Maius opus ſupereſt:maior eſt difficultas ferendæ opis:ſed non pollicetur poeta ſe illi quoq; allaturum remedia.in cuius pectore amor altius inſederit.Ordo autem eſt. Sed ille non erit deſtituendus mihi:quia ſerior aduocor ægro. Pæantius heros:philoctetes pæantis filius:aquo. Hercules (ut.

Sed quia delectat ueneris decerpere fructus:
Dicimus aſſidue.cras quoq; fiet idem.
Interea tacitæ ſerpunt in uiſcera flammæ:
Et mala radices altius arbor agit.
Si tamen auxilii perierunt tempora primi.
Et uetus in capto pectore ſedit amor:
Maius opus ſupereſt:ſed non.quia ſerior ægro.
Aduocor:Ille mihi deſtituendus erit.
Qua læſus fuerat partem pæantius heros:
Debuerat celeri præſecuiſſe manu.
Poſt tamen hic multos ſanatus creditur annos.
Supremam bellis impoſuiſſe manum.
Qui modo naſcētis properabā pellere morbos.
Admoueo tardam nunc quoq; lentus opem:
Aut noua:ſi poſſes:ſedare incendia tentes
Aut ubi per uires procubuere ſuas.
Dum furor in curſu eſt:currenti cede furori.
Difficiles aditus impetus omnis habet.
Stultus:ab obliquo qui quum diſcedere poſſit:
Pugnat in aduerſas ire natator aquas.
Impatiens animus:nec adhuc tractabilis arte
Reſpuit:atq; odio uerba monētis habet.
Aggrediar melius tum:quum ſua uulnera tāgi.
Iam ſinet:& ueris uocibus aptus erit.
Quis matrem niſi mentis inops in funere nati
Flere uetat:non hoc illa monēda loco eſt.
Quū dederit lachrimas:aumq; ipleuerit ægrū
Ille dolor uerbis emoderandus erit.
Temporibus medicina ualet data tēpore ꝓſunt

Seruius ſcribit)in œta hominem exuens: petiuit:ne alicui ſui corporis reliquias indicaret.iurareque coegit: & ſuas ſagittas hydræ felle tinctas dedit.Et quum reſponſum fuiſſet.Herculis ſagittis opus eſſe ad expugnandam troiam:inuentus eſt philoctetes:& de Hercule interrogatus: negauit ſe ſcire.Deinde quum cogeretur: confeſſus eſt mortuum: ſepulchrumq; ne iuſiurandum falleret non uoce:ſed pede oſtendit.Poſt hæc quum duceretur ad bellum:caſu in eum pedem quo ſepulchrum oſtendit:ſagitta cecidit uulnereque immedicabili confectus eſt:cuius fœtor quū a græcis ſuſtineri non poſſet.in lemno relictus eſt:ubi quum priſtinæ ſanitati reſtitutus eſſet.ad troiam deductus eſt : dicente Vlyſſe apud Ouidium in.xiii.met. Nec pæantiadem ꝙ habet uulcania lemnos Eſſe reus merui:crimen defendite ueſtrum Conſenſiſtis enim:nec me ſuaſiſſe negabo Vt ſe ſubtraheret belliq; uiæque labori.Tentauitque feros requie lenire labores:Paruit:& uiuit. Supremam manum ultimum finem :nam poſt excidium troianum præ pudore noluit ī patriam redire:ſed in calabriam uenit: ubi petiliam condidit:cuius meminit. Maro. Naſcentis morbos:amorem ſurgentem. Admoueo tardam : Ego quoque in præſentia ut philoctetes lentius ſanare ueterem amorem inſtituo:ſicut prius recentem ſanare properabam: Aut noua ſi poſſis:Duobuſ modis amorem debere ſanari oſtendit aut quum nouus eſt:aut quum iam uires perdidit:& feſſus eſt amator : nec unquam in medio amoris curſu medicinam eſſe adhibendam colligit. Noua incendia. nouū amorem.quem igni comparant poetæ unde in primo de arte dixit. Flammaque in arguto ſæpe reperta foro eſt. Sedare extinguere. Difficiles aditus : cauſam aſſignat:quare in medio curſu non poſſit amor ſanari. Impatiens animus:amatoris animus in medio amore conſtitutus.Quum ſua uulnera tangi Iam ſinet.Quum iam nimio amore ſaucius morbum ipſe ſuum profitebitur:hic autem declarat poeta quod ſuperius dixerat eo uerſu:Aut ubi per uires procubuere ſuas. Erit aptus.uidebitur poſſe ſanari. Veris uocibus.non fictis uerbis: aut querelis. Quis matrem niſi mentis inops.Docet exemplo non eſſe in primo impetu remedium adhibendum: ſed quum ille iam eſt extinctus. Impleuerit.expleuerit lachrymis. Ille dolor:extincti nati. Emoderandus erit.Erit imminuendus. Temporibus medicina ualet.Medici enim tempora obſeruant: unde ita ſcribit Seneca.Nihil eſt in morbis magis periculoſum:q̃ immatura medicina:ſicut e contra

Philoctetes.

rio nihil ſalutarius medicina tempeſtiuiter data. Data tempore proſunt. Vini enim utilitatem æqua
ri uix deorum potentia poſſe Aſclepiades pronunciauit. Vina nocent. nam ſi febricitanti dentur.
nocebunt. Hæc ſunt iucundi: duo ſunt amanti contraria ocium & cibus. Si tollas: ſi amoueas.
Et ſine luce faces. Faces quibus incenſis cupido urit amantes. Cedit amor rebus: quia aliquid agē
do amor tollitur. Langor & immodici: exprimit hic eleganter poeta: quæ ſint ea ocia quæ amato-
ri dixerat nocere. Sub nullo iudice: ſub nullo: qui te cogat e ſtratis ſurgere. Sunt qui legant ſub
nullo uindice. hoc eſt ſub nullo. qui libe-
Alea
ret a ſomno amantem. Aleaque Alea eſt
ludus omnis: qui in fortunæ uarietate con
ſiſtit. Martialis. Alea prima nuces: & non
damnoſa uidetur: proprie tamen de Veſ-
Aleoneſ
ſeris dicitur: unde Aleones alea ludentes
appellamus. Alea etiam per ſimilitudinē
ponitur pro dubitatione & periculo: Liui
us. Nec tamen celerem aleam uniuerſi cer
taminis timeas: & Plinius: Extra omnem
ingenii aleam poſitum ciceronē dixit: &
Iacta alea
apud Suetoniū C. Cæſarē fortunæ & pe
riculis ſe committentem: dixiſſe iactam
eſſe aleam legimus: quod incertos & au-
daces ſubeuntibus caſus uulgo exordium
eſſe ſolet: ut docet Plutarchus. Lucanus
Placet alea fati Alterutrum merſura ca
put. Tempora quaſſa. caput nimio ui-
no titubans. Amor inſidioſus: cupido
qui inſidiatur amantibus. Menti ua-
cuæ. animo ocioſo: Sunt fora. Docet
quo pacto poſſit amator ſe exercendo o-
cia tollere. Splendida caſtra. Forum
iudiciale caſtra ciuilis togæ elegantiſſi-
Bellum parthi-cum.
me apppellat poeta. Vel tu ſanguineæ
uel ad bellum proficiſcere. Ecce fugax
parthus. Bellum parthicum deſignat.
quod. Tiberius ſumpſit. Auguſti:
Auſpiciis: ut in primo de arte amandi
parthi fugaces
etiam diximus: fugacem autem parthum
appellat: quoniam parthi in fuga ſolent a
tergo ſagittas emittere adeo: ut fugientes
non minores hoſtibus afferant calamita-
tes: quam conſiſtentes: auctores. Plutar-
chus: & appianus. Propertius. Tela fu-
gacis equi. Lucanus: Et miſſa parthis poſt
terga ſagitta: & Virgilius. Fidentemq;
fuga parthum uerſiſque ſagittiſ. Hora-
tius in ſecundo epiſtolarum Parthos mē
Tro-phea
daces appellat. Bina trophæa. & uictis
hoſtibus & fugato cupidine. Trophæa
autem apud græcos fuere arbores ampu-
tatæ eo in loco. ubi hoſtes uiciſſent: atq; ī
fugā uertiſſent: āputabāt. n. ramoſ arborū
ac deīde armis ſpoliiſq; hoſti detractis or
nabāt: ut eēt poſteris mōumtū uictoriæ p
tæ ī eo loco: dicta āt ſūt Trophæa a τρoπι
.i. uertere: ꝙ q hoſtē ī fugā uertiſſet. Trophæū merebat̃. Aetola cuſpide: telo Diomedes regis ætoliæ:
quo ille uenerē uulnerauit. ut antea diximus. Deſignat aūt amātes poſſe uenerē ī prelio uicere: ut oli
Egiſth⁹
dea a Diomede ſupata ē. Quærit̃ ægiſthus. Ex Pelope a quo pelopōneſus cognomiata ē nat⁹ ē Thie
ſtes q cōcubuit cū europe uxor̃ fratris Atrei. & cū filia pelopea iceſtū ꝑpetrauit: cui⁹ fili⁹ ægiſth⁹ rē ha

Et data non apto tempore uina nocent.
Quin etiam accendas uitia: irriteſq; uetando.
Temporibus ſi non aggrediare ſuis.
Ergo ubi uiſus erit noſtra medicabilis arte.
Fac monitis fugias ocia prima meis:
Hæc ut ames faciunt: hæc quæ fecere tuentur.
Hæc ſunt iucundi cauſa cibuſq; mali.
Ocia ſi tollas: periere cupidinis arcus.
Contemptæq; iacent & ſine luce faces.
Quā platanus riuo gaudet: quā populus unda
Et quam limoſa canna paluſtris humo.
Tam uenus ocia amat: finem qui quæris amori:
Cedit amor rebus. res age. tutus eris.
Langor: & immodici ſub nullo iudice ſomni.
Aleaq;: & multo tempora quaſſa mero:
Eripiunt omnes animo ſine uulnere uires.
Affluit incautis inſidioſus amor.
Deſidiam puer ille ſequi ſolet: odit agentes.
Da uacuæ menti: quo teneatur opus.
Sunt fora: ſunt leges: & quos tuearis amici:
Vade per urbanæ ſplendida caſtra togæ.
Vel tu ſanguinei iuuenilia munera martis
Suſcipe: delitiæ iam tibi terga dabunt.
Ecce fugax parthus: magni noua cauſa triūphi.
Iam uidet in campis cæſaris arma ſui.
Vince cupidineas pariter parthaſq; ſagittas.
Et refer ad patrios bina trophæa deos.
Vt ſemel ætola uenus eſt cuſpide læſa:
Mandat amatori bella gerenda ſuo.
Quæritur ægiſthus quare ſit factus adulter.
In promptu cauſa eſt: deſidioſus erat.
Pugnabant alii tardis apud ilion armis:
Quo tulerat uires græcia tota ſuas.



bebat cū clytemneſtra: & ambo agamennonē occiderunt. Nulla gerebat: nulli argos bellū inferebat.
Quod potuit fecit: quū ægiſto nihil relinqueret̃ agēdū: amori (quod ſolū poterat facere) idulſit. Sic
uenit ille puer: dum aliquis eſt ocioſus: ad eū ꝙprimū accedit cupido. Quid quū ſuppoſitos. Docet in
ter cætera ruſtica officia: poſſe quoq; amatorē mella ex aluearii educere: quo dū hæc operat̃: aut ſpec
tat: obliuiſcat̃ amoris: ſolent aūt ruſtici aluearíis fumū ſubiicere: ut inde apes abigant & extrahant mel
Quo-mō exi-muntur mella
la. Virgilius. Si quando ſedem anguſtā: ſeruataq; mella Theſauris relines: prius hauſtus ſparſus aqua
rum Ore foue: fumoſq; manu prætende ſe
quaces: & Plinius. Quum eximūtur mel
la: apes abigi fumo utiliſſimum: ne iraſcan
tur: aut ipſæ auidæ uorent: fumo crebrior̃
etiam ignauia earum excitatur. Dempti
faui: extracti mellis. Sunt autem Faui cæ
Faui.
reæ tabellæ: ī quarum cellulis apes mel re
condunt: & eos diis offerri ſolitos ſcribit
Varro in tertio. Apes autem (ut docet pli
nius) primum fauos conſtruunt: cæram fi
gunt. hoc eſt domos cellaſq; faciunt. Deī
de ſobolem: poſtea mella: cæram ex flori-
bus: Melliginem e lachrymis arborū: quæ
glutinum pariunt: ſalicis: ulmi: arundinis
ſucco gummi reſina: his primum alueum
ipſum intus torum: ut quoddam tectorio
illinunt: & aliis amarioribus ſuccis contra
aluearia
aliarū beſtiarum auiditates. Vimina cur-
ua: aluearia ex uiminibus intexta. fiunt
enim aut ex cauatis corticibus: aut ex tex
tis uiminibus. Virgilius: Ipſa autem ſeu
corticibus tibi ſuta cauatis: Seu lento fue
rint aluearia uimine texta Anguſtos ha-
beant aditus. Deſectas herbas: frumēta in
tellige. Verrit humū: terram trahit. nā ara
tionē) ut Plynius docet occatio ſeqt̃: ubi
res poſcit crate: uel raſtro: & ſato ſemine
iteratio. alii legunt uertit humum. hoc eſt
arat. Raro pectine: raſtro. Venerit īſitio.
Quādo eſt īſerēdum.
quum aderit uernū inſerendi tempus. Ca
to enim inſeri præcipit pira: ac mala per
uer. & poſt ſolſtitium diebus. i. poſt uinde
miam. Oleas autem & ficos per uer tantū
Luna ſi-tiens
luna ſitiente hoc eſt ſicca: Præterea poſt
Inſerēdi modi
meridiem: ac ſine uento auſtro: Inſerendi
autē modos duos poſuit Maro. Columel
la tres: Poſtremo etiam quartum addidit a
ſe inuentum: de Inſitione autem plura le-
Inſitio
gito apud Plynium in. xvii. Fac ramum
ramus adoptet. Tangit duos illos modoſ
inſerendi: quos Maro poſuit: nam aut inſi
tio dicitur: quum īſiſo trunco ſurculus fœ
cundæ arboris ſterili inſeritur: aut oculo-
rum impoſitio: quum inciſo cortice libro
alienæ arboris germen inſerimus. Plyniuſ
Inocula tio
tamen inoculationem aliter fieri oſtendit
Comæ
Peregrinis comis: foliis alienæ arboris.
nam ceraſus in ſalice: platanus in lauro:
ꝑ frōdibus
Laurus. in ceraſo naſcuntur. Comas autē
pro frondibus eleganter ponunt poetæ:
crinitur arbos
ꝙ ſunt crines arborum. unde a papinio cri
nit̃ arbos ꝑfrondeſcit dictū eſt. Voluptas: agriculturæ. A phœbi: ſorore a diana ꝙ eſt uenationis dea

Siue operam bellis uellet dare. nulla gerebat:
Siue foro: uacuum litibus argos erat.
Quod potuit: fecit. ne nil ageretur: amauit.
Sic uenit ille puer. ſic puer ille manet.
Rura quoq; oblectant animoſ ſtudium ꝑ colēdi
Quælibet huic curæ cedere cura poteſt
Colla iube domitos oneri ſupponere tauros:
Sauciet ut duram uomer aduncus humum
Obrue uerſata cerealia ſemina terra.
Quæ tibi cum multo fœnore reddat ager.
Aſpice curuatos pomorum pōdere ramos.
Vt ſua: quod peperit: uix ferat arbor onus:
Aſpice labentes iucundo murmure riuos.
Aſpice tondentes fertile gramen oues.
Ecce petunt rupes præruptaque ſaxa capellæ.
Vt referant hædis ubera plena ſuis.
Paſtor inæquali modulatur arundine carmen
Nec deſunt comiteſ ſedula turba canes.
Parte ſonant alia ſiluæ mugitibus altæ.
Et queritur uitulum mater abeſſe ſuum
Quid. quū ſuppoſitos fugiunt examina fumos
Vt releuent dempti uimina curua faui?
Poma dat autūnus: formoſa eſt meſſibus æſtas:
Ver præbet flores. igne leuatur hyems.
Temporibus certis maturam ruſticus uuam.
Colligit: & nudo ſub pede muſta fluunt.
Temporibuſ certis deſectas alligat herbas:
Et tonſam raro pectine uertit humum.
Ipſe potes riguis plantam defigere in hortis:
Ipſe potes riuos ducere lenis aquæ.
Venerit inſitio: fac ramum ramus adoptet.
Stetq; peregrinis arbor operta comis.
Qū ſemel hæc animū cœpit mulcere uoluptas
Debilibus pennis irritus exit amor.
Vel tu uenandi ſtudium cole: ſæpe receſſit
Turpiter a phœbi uicta ſorore uenus.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Nocte fatigatum ſomnus:quum hæc fecerit amator:ſomni erit cupidus:nõ amicæ. ſeuat mẽbra:fouet corpus. Dulci quiete: dulci ſomno. Aut Lino:aut ræthibus. Aut calamis:aut ſagittis. Propertius. Et ſtricto figere auem calamo:aut calamum aucupatorium intelligit:quo uiſcato aues capiuntur:Martialis. Pallida dũ tacita creſcit arundo manu. Auceps enim ſurgens:paulatim calamos eleuabat.& eos auibus ſubiiciebat. Silius: ſublimen calamo ſequiẽ creſcente uolucrem. Vel quæ piſcis edax: eſcam illam dicit: qua hamo affixa piſces capiuntur. Aera recurua:hamos intellige. Tu tamen & quãuis Docet etiã longius ab amica diſcedendum eſſe. Nec te peregrina morentur Sabbata:ſabbati enĩ diem aliquo profecturi tanquã atrum:& pernicioſum propter frigidum:& nocens ſaturni ſidus maxime uerentur:& infœlix exiſtimant. Tibullus:ſaturni ſacram me tenuiſſe diem:peregrina autẽ ideo appellat. quia peregrini iudæi eum diem imprimis obſeruant:ut antea diximus. Alea nata. Sortes quæ alea faciebantur: quum aliquo proficiſcendum erat:de quibus intellexit Tibullus eo carmĩe. Illa ſacras pueri ſortes ter ſuſtulit:illi Rettulit e triuiis omnia certa puer. Tuis damnis:qa alea, ſomnus:& ocium: quibus dedit operam amator:animos eneruant:& amorem nutriunt:ut ſuperius docuit poeta. Nec prope finge moras:nec prope patriam finge uelle morari. Menſa negata mihi eſt. cibus eſt mihi negatus. Pars hæc animum intellige. ſed tamen eſt artis: oſtendit maiorem difficultatem remedii eſſe in prima ſtatim curatione. Prenſos iuuencos: aratro ſubditos prætendens:demonſtrans. Splendida uerba:ornatas cauſas tui redditus. Centum ſolatia curæ:Ordo eſt. Et rus:& comites:& uia longa dabunt centũ ſolatia curæ:ideſt amori. Lentus ab eſto: diu abſis ab urbe. Cinis:amor. Firmata mente: ſtabili mente: & quæ amorem poſuerit. Amor rebellis:amor qui in te renouat arma. Rebellis enim proprie eſt qui facta pace:bellum renouat.

Calamꝰ Aucupatorius

Sabbatũ obſeruant aliquo pfecturi.

ſortes ciebant aliquo pfecturi.

Rebellis

Nunc leporem pronum catulo ſectare ſagaci
Nunc in frondoſis rætia tende iugis:
Aut pauidos tere uaria formidine ceruos
Aut cadat aduerſa cuſpide foſſus aper:
Nocte fatigatum ſomnus:nõ cura puellæ.
Excipit:& dulci membra quiete leuat.
Lenius eſt ſtudium:prodeſt tamen. alite capta
Aut lino. aut calamis præmia parua ſequi.
Vel quæ piſcis edax auido male deuoret ore.
Abdere ſupremis æra recurua cibis:
Aut his:aut aliis:donec dediſcis amare:
Ipſe tibi furtim decipienduſ eris.
Tu tamen quãuis firmis retinebere uinclis:
I procul:& longas carpere perge uias.
Flebis & occurreret deſertæ nomen amicæ:
Stabit & in media pes tibi ſæpe uia.
Sed quãto minus ire uoles magis ire memento
Perfer:& inuitos currere coge pedes.
Nec pluuias opta nec te peregrina morentur
Sabbata:nec damnis alea nata tuis.
Nec quot tranſieris:ſed quot tibi quæ ſurpeſũt
Milia:nec maneas:nec prope finge moras
Tempora nec numera nec crebro reſpice romã
Sed fuge:tutꝰ adhuc parthus ab hoſte fuga ẽ
Dura aliquiſ præcepta uocet mea dura fatemur
Eſſe:ſed ut ualeas:multa dolenda feres.
Sæpe bibi ſuccos:quãuis inuitus amaroſ
Aeger:& oranti menſa negata mihi eſt.
Vt corpus redimas:ferrum patieris & ignes.
Arida nec ſitiens ora leuabis aqua.
Vt ualeas animo:quicquã tolerare negabis?
At prætium pars hæc corpore maius habet.
Sed tamẽ eſt artis triſtiſſima ianua noſtræ.
Et labor eſt unus tempora prima pati.
Aſpicis ut prenſos urant iuga prima iuuencos:
Vt noua uelocem cingula lædat equum?
Forſitan a laribus patriis exire pigebit:
Sed tamen exibis:deinde redire uoles.
Nec te lar patriuſ:ſed amor reuocabit amicæ:
Prætendenſ culpæ ſplendida uerba tuæ:
Quum ſemel exieris:cẽtum ſolatia curæ.
Et rus:& comites:& uia longa dabunt.
Nec ſatis eſſe putes diſcedere;lẽtus abeſto
Dum perdat uires:ſitq; ſine igne cinis.
Qui niſi firmata properabis mẽte reuerti:
Inferet arma tibi ſæua rebellis amor.



Mala pabula. herbas nocentes. Aemoniæ terræ:terræ theſſaliæ. ubi ars magica olim floruit. ut Apuleius oſtendit:& Plinius. In theſſalia aũt fuiſſe herbas ueneficiis aptas docet Ouidius in. yi. met. Iſta ueneficiis uetus eſt uia. Via hæc magicæ uanitatis propria eſt. Innocuam opem:auxilium:quod nulli nocet. ut ueneficia:quæ Propertius toxica theſſaliæ appellat. Non tumulo:nõ ſepulchris. Magi enĩ cadauera faciebant reuiuiſcere:& ex ſepulchris exire:ut de Herichtho legitur apud Lucanum in ſexto. Non anus:non ſaga & ueneficia mulier. Carmine:incantatione. Rumpet humum:terram findet. Tibullus. Hæc cantu finditq; ſolum: maneſq; ſepulchris. Elicit.& Ouidius in amoribus. Euocat antiquos proauos atauoſq; ſepulchris.& ſolidam lõgo carmine findit humum. Non ſeges ex aliis. Docet Cicero. Plynius:& Seneca Meſſes ĩ agros traduci poſſe magicis præſtigiis. unde in .xii. tabulis cautum erat:ne quis alienã ſegetem pelliceret Virgilius. Atq; ſatas alio uidi traducere meſſes. Nec ſubito phœbi:non palleſcet ſol me duce: quod a magis fieri ſolet:unde Hypſiphile Ouidiana de Medea ita inquit. Illa reluctantem curſu deducere lunam Nititur: & tenebris abdere ſolis equos. Vt ſolet æquoreas. Thybris curſu ſolito in mare deſcendet: nõ autem retro:quod Magi faciebant. Lucanus Amniſq; cucurrit. Nõ qua pronus erat:& in. yii. met. Quorum ope quum uolui ripis mirantibus amnes in fontes rediere ſuos. Thybrim aũt pro quocunq; poſuit flumine. In niueis luna uehetur equis: per me etiam luna nõ deducetur e cœlo magico cantamine:quod fieri poſſe docet Maro eo uerſu. Carmina uel cœlo poſſunt deducere lunam:& Tibullus. Cãtus & e cœlo deducere lumina tentat. Et faceret: ſi nõ æra repulſa ſonent. Curas recantatas amores magicis carminibus repreſſoſ. Viuo ſulphure:id ſacrum intelligit. quo adhibito ſulphure. ouo:& tæda luſtrabantur amantes. Tibullus. Et me luſtrauit tædis: & nocte ſerena. Sulphur autẽ in terræ generibus ponitur a Plinio:habetq; in religionibꝰ locũ ad expiandas ſuffitu domos

Quicquid eras fueris:ſitiens auiduſq; redibis
Et ſpacium damno ceſſerit omne tuo.
Fallitur æmoniæ ſi quis mala pabula terræ:
Et magicas artes poſſe iuuare putat:
Iſta ueneficii uetuſ eſt uia:noſter apollo.
Innocuam ſacro carmine monſtrat opem
Me duce nõ tumulo prodire iubebitur umbra.
Non anus inſani carmine rumpet humum:
Non ſeges ex aliis alios tranſibit in agros.
Nec ſubito phœbi pallidus orbis erit.
Vt ſolet æquoreas ibit tiberinus in undas:
Vt ſolet:in niueis luna uehetur equis.
Nulla recantatas deponent pectora curas.
Nec fugiet uiuo ſulphure uictus amor.
Quid te phaſiacæ iuuerunt gramina terræ?
Quum cuperes patria colchi manere domo.
Quid tibi profuerunt circe perſeides herbæ:
Quum tibi neritias abſtulit aura rates?
Omnia feciſti:ne callidus hoſtis abiret.
Ille dedit certæ lintea plena fugæ.
Omnia feciſti:ne te ferus ureret ignis:
Longus at inuicto pectore ſedit amor:
Vertere quo poteras homines in mille figuras.
Non poteras animi uertere iura tui.

Magicæ artis preſtigia

Sulphur & eiꝰ genera.

Eius genera quattuor ſunt. Inter quæ eſt uiuũ quod græci Apyron uocant:naſcitur ſolidum: eo ſolo ex omnibus generibus medici utuntur. Cætera. n. liquore conſtant.& conficiuntur oleo incocta: Viuũ aũt effodiẽ. tranſlucetq;:& uiret: Terræ phaſiacæ:colchon inſulã deſignat. a flumine qui phaſis appellatur dictam:Medeam aũt dicit:quæ relicta patria Iaſonem ſecuta eſt. Quid tibi profuerũt. Docet exemplis amori minime prodeſſe ueneficia. Perſeides herbæ:herbæ ueneficæ:ſic dictæ aperſa nympha oceani filia:ex q̃ ſol genuit circẽ:uel aperſe. nam ſol ex Perſa duos filios habuit. Aectam.& Perſen:ex perſe nata eſt Hecate:quæ quũ patrẽ ueneno aſſumpſiſſet:nupſit æetæ patruo:treſq; liberos ſuſtulit:Circem:Medeã:& Aegialeũ. auctor Diodorus. Meritias rates. naues ulyſſis. Neritias uero non narycias legẽdum eſt:Eſt aũt Neritus (ut in libro decimo docet Strabo) mõs frondoſus in inſula Itacha:quã tenuit uliſſes:Eſt ẽt Meritũ bene muratũ oppidulum cõtinẽtis ĩ epiri littore e regione Itacæ:ac Cephaleniæ:qđ Leucas quoq; appellatum fuit:idq; olĩ cœpit Laertes:de quo intellexit Maro eo uerſu:Dulichiũq;:ſameq;:& Neritos ardua ſaxis: Naricia uero fuit urbs locridis. đ q̃ Virg. Hic & naricii poſuerunt mœnia locri:a qua cognominata eſt Naricia urbs calabriæ. quæ ẽt Locris diceba tur:a q̃ pix Naricia celebratur a Virgilio. Ferus ignis:ſeuꝰ amor:Homines in mille figuras:Circe. n. deformabat homines in mille figuras aĩaliũ:ut ĩ ſeptimo docet Virgiliuſ:quod iõ fictum putauit Seruius:qm̃ eã meretrix fuit:q̃ ſua libidine:& bladitiis homines ĩ ferinã uitã ab humana deducebat:ut libidini:& uoluptatibus operam darent. Iura tui animi:poteſtatẽ tuæ mẽtis:quæ erat amori obnoxia.

Perſeides herbæ.

Neritus Neritũ. Leucas

Narycia Narycia uel Locris ĩ Calabria unũ pix Narycia

circe homines mutabat inferas

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Dulichium ducem:ulyſſen ſic appellatum a Dulichio inſula una ex echinadibus:a q̄ Virgilius etiam naues Dulichias appellauit. Quod magni filia ſolis eram. Maro quoq; eam ſolis filiam fuiſſe cecinit:quod ideo fictum putauit ſeruius:quoniam circe clariſſima fuit meretrix:& nihil eſt ſole clarius. Noua troia reſurgit: ut bellum timeas. Non aliquis ſocios:nullus coniurat cõtra nos. Male uulneror: nimio amore angor. Ad aſſuetas artes:ad artes magicas. Si te cauſa potens. Docet quid ſit agendum ab amatore.ſi nolit urbem relinquere. Optimus uindex:optimus defenſor.& liberator. Qui rupit: qui potuit ſoluere. Lædentia pectus uincula:amorem mentem amatoris torquentem. Dedoluitq; ſemel:ſemel amoris impatiẽtiam.& dolorem abiecit.eſt enim dedolere quod dolebam abiicere.ſicut Dediſcere.Et uelles. dediſcere. Subtitulum: ſubinſcriptionem uenditi iuris. Videtur autem ſumptũ hoc ex duobus illis Tibulli uerſibꝰ. Qui etiam ſedes iubeat ſi uẽdere auitas.ite ſub imperium. ſubtitulumq; lares. Noſtros lares.noſtram domum.inſtitor.mercator

Habet noctes.habet coitum ab ea.Marceſcant.putrefiant.& ſeneſcant. Podalirius:optimus aliquis medicus:ut fuit podalirius æſculapii filius. Aeger amore captus.Propriis herbis.meis præceptis.

Circe ſolis.filia

dedolere

Sub titulũ aliqd mittere.

iurata participiũ a iuro. as. [illegible]

faſtidit

Diceris his etiam quum iam diſcedere uellet:
Dulichium uerbis detinuiſſe ducem.
Non ego quod primum memini ſperare ſolebã:
Iam præcor:ut coniunx tu meus eſſe uelis.
Et tamen.ut coniũx eſſem tua:digna uidebar
Quod dea.quod magni filia ſolis eram.
Ne properes oro:ſpacium pro munere poſco
Quid minus optari per mea uota poteſt?
Et freta mota uides:& debeſ illa timere.
Vtilior uelis poſt modo uentus erit.
Quæ tibi cauſa fugæ? nõ hic noua troia r̃ſurgit
Non aliquis ſocios rurſus ad arma uocat.
Hic amor:& pax eſt.in qua male uulneror una.
Totaq; ſub regno terra futura tuo eſt.
Illa loquebatur:nauem ſoluebat ulyſſes.
Irrita quum uelis uerba tulere noti.
Ardet:& aſſuetas circe tendebat ad artes.
Nec tamen eſt illis attenuatus amor.
Ergo quiſquis opem noſtra tibi poſcis ab arte
Deme ueneficcii carminibuſq; fidem.
Si te icauſa potens dominæ retinebit in urbe:
Accipe conſilium quod ſit in urbe meum.
Optimus ille fuit uindex:lædẽtia pectus
Vincula qui rupit:dedoluitq; ſemel
Sed cui tantum animi eſt:illum mirabor & ipſe:
Et dicam monitis non eget iſte meiſ.
Tu modo qui:quod amas:ægre dediſcis amare
Et potes.& uelles poſſe docendus eris.
Sæpe refer tecum ſceleratæ facta puellæ:
Et pone ante oculos omnia damna tuos.
Illud & illud habet:nec ea contenta rapina.
Sub titulum noſtros miſit auara lares.
Sic mihi iurauit ſic me iurata fefellit:
Ante ſuas quotieſ paſſa iacere fores.
Diligit ipſa alios:a me faſtidit amari.
Inſtitor heu noctes:quas mihi non dat:habet:
Hæc tibi per totos marceſcant omnia ſenſus.
Hæc refer.hinc odii ſemina quære tui.
Atq; utinam poſſes etiam facundus in illis
Eſſe:dole tantum:ſponte diſertus eris.
Hæſerat in quadam nuper mea cura puella:
Conueniens animo non erat illa meo.
Curabar propriis æger prodalirius herbis:
Et fateor:medicus turpiter æger eram.
Profuit aſſidue uitiis inſiſtere amicæ.
Idque mihi factum ſæpe ſalubre fuit:



Et mala ſunt uicina bonis:quia quæ mala ſunt.poſſunt etiam laudari. Pro uitio:loco turpitudinis. Virtus.bonum. Breui limite.breui uia:tranſeundo de uirtute ad uitium. Et poterit dici petulans:in uerecunda poterit appellari. Cicero. Nam ꝙ inuſitata rabie petulanter in uxorem:filiamq; meam inuaſiſti:& aliſti.Deſine bonos petulantiſſima inſectari lingua. Quæ ruſtica non eſt:quæ ẽ urbana:Vrbanus enim eſt(ut Cato uoluit)cuius multa benedicta:reſponſaq; erunt:& qui in ſermõibus:circulis:conuiuiis. Item in concionibus:omni deniq; loco ridicule.commodeq; dicet. Fabius Vrbanitatem appellat in qua nihil abſonum.nihil egreſte:nihil inconditum nihil peregrinum neq; ſenſu.neq; uerbis: neq; ore.guſtu ue poſſit deprehẽdi. Si qua proba eſt:ſi qua eſt bona:non petulans. Blãdis ſonis:blandiſ uerbis.Barbara ſermone eſt ſi dure atq; aſpere loquitur. Faſcia nulla tegat:nulla faſcia pectus aſtringat. Omne papillæ pectus habent:ſi habet ingentes mammas:Iuuenalis. Tunc nuda papillis. Conſtitit auratis.Mollibus eſt oculis:ſi habet oculos molles:& ad flendum faciles. Quum ſe non finxerit ulli: quum nondum ſe fucauerit:aut gemmis ornauerit.ut alicui placeat. Auferimur cultu: auro & gemmis magis placent puellæ quam forma.Quod ames:puellam intellige. Inter tam multa:inter tot ornamenta. Hac ægide:Aegis(ut in octauo Seruius ſcribit)eſt munerum pectoris æreum habens in medio Gorgonis caput:quod munimentum ſi in pectore numinis fuerit: ægis uocatur:ſi in pectore hominis: ſicut in antiquis imperatorum ſtatuis uidemus lorica dicitur:Martialis Pectore quum ſacro ſederit ægis erit:hic autem gemmas: quibus teguntur fœminæ ægida appellat Ouidius:ꝙ illæ defendant deformitatem his ornamentis:ut ægis pectus tuetur.

Diues amor: diues puella. Improuiſus ades:puellam improuiſo adeas.antequam ornetur. Inermem:inornatam. Excidit ab animo tuo amouebitur:Suis uitiis :ſua turpitudine. Compoſitis uenenis:fucũ intelligit.quo mulieres faciem uenuſtant. de quibus abunde diximus in libris de arte amandi Aeſopa lapſa. Aeſopa in ſinum cadentia. Quid autem ſint Aeſopa dictũ eſt ſuper eo uerſu Aeſopa quid redolent: quãuis mittantur atheniſ. Illa tuas redolẽt phineu:Phineꝰ rex fuit arcadiæ:qui filios occæcauit:in cuius uindictam illum quoq; dii oculis priuarunt:dapibus non poterat ueſci:nam admotæ harphiæ mẽſis eas uentris profluuio fœdabant.Fabulam habeſ apud Ouidium in met.& diodorum in quinto.Nauſea uomendi appetitus,a naui dictus ꝙ is excitari nauigãtibꝰ facile ſolet

Petulãs:

Vrbanꝰ

Vrbanitas

Aegis

Lorica

Aeſo

Phinei Fabula

Nauſea:

Quam mala dicebam noſtræ ſunt crura puellæ
Nec tamen(ut uerum confiteamur)erant.
Brachia q̄ non ſunt noſtræ formoſa puellæ.
Nec tamen(ut uerum confiteamur)erant.
Quã breuis eſt.nec erat:q̄ multũ poſcit amãtẽ
Hinc odio uenit maxima cauſa meo.
Et mala ſunt uicina bonis:errore ſub illo
Pro uitio uirtuſ crimina ſæpe tulit.
Quam potes in peius dotes deflecte puellæ.
Iudiciumq; breui limite falle tuum.
Turgida:ſi plena eſt.ſi fuſca eſt:nigra uocetur.
In gracili macies crimen habere poteſt.
Et poterit dici petulanſ quæ ruſtica non eſt.
Et poterit dici ruſtica ſi qua proba eſt:
Quin etiam quacunq; caret tua dote puella:
Hanc moueat blandis uſq; præcare ſonis.
Exige quod cantet:ſi qua eſt ſine uoce puella:
Fac ſaltet:neſcit ſi qua mouere pedem.
Barbara ſermone eſt:fac tecum multa loquatur:
Non didicit chordas tangere:poſce lyram.
Durius incedit fac ambulet:omne papillæ
Pectus habent tumidæ faſcia nulla tegat.
Si male dentata eſt:narra quod rideat illa:
Mollibus eſt oculis:quod fleat illa:refer.
Proderit & ſubito quum ſe non finxerit ulli:
Ad dominam celeres mane tuliſſe graduſ
Auferimur cultu:gemmis:auroq; teguntur,
Omnia:pars minima eſt ipſa puella ſui.
Sæpe ubi ſit.quod ames:iter tã multa requiras
Decipit hac oculos ægide diueſ amor.
Improuiſus ades.deprendas tutus inermen.
Infœlix uitiis excidet illa ſuis.
Nõ tamen huic nimiũ præcepto credere tutũ ẽ
Fallit enim multos forma ſine arte decens:
Tu quoq; compoſitis ſua quũ linet ora uenenis
Ad dominæ uultus:nec pudor obſtet eaſ.
Pyxidas inuenies:& rerum mille colores:
Et fluere in tepidos æſopa lapſa ſinus.
Illa tuas redolent phineu medicamina menſas
Non ſemel eſt ſtomacho nauſea facta meo.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Nunc tibi que medio ueneris præſtemus in uſu
Eloquar: eſt omni parte fugandus amor.
Multa quidē ex illis pudor eſt mihi dicere ſed tu
Ingenio uerbis concipe plura meis.
Nuper enim noſtros quidam carpſere libellos:
Quorum cenſura muſa proterua mea eſt.
Dummodo ſic placeam: dum toto cāter in orbe
Qui uolet impugnet unus & alter opus.
Ingenium magni liuor detractat homeri:
Quiſquis es: ex illo zoile nomen habeſ.
Et tua ſacrilegæ laniarunt carmina linguæ:
Pertulit huc uictos quo duce troia deos.
Summa petit liuor: perflant altiſſima uenti.
Summa petunt dextra fulmina miſſa iouis.
At tu quicunq; es: quem noſtra licentia lædit:
Si ſapis ad numeros exige quæq; ſuos.
Fortia mæonio gaudent pene bella referri:
Delitiis illic quis locus eſſe poteſt?
Grāde ſonāt tragici tragicoſ dcet ira cothurnoſ
Verſibus e mediis ſoccus habendus erit:
Liber in aduerſos hoſtes ſtringatur iambus:
Seu celer: extremum ſeu trahat ille pedem.

Nunc tibi quæ medio. Docet etiam ex coitu poſſe cauſam odii inuenire amatorem. Omni parte: nō modo ex aliis uitiis: quæ narrauit: uerum etiam ex coitu. Nuper enim noſtros. Cauſam aſſignat: cur nolit dicere ea coitus uitia. Eſt proterua eſt laſciua & inuerecunda. Ingenium magni liuor detractat homeri: Tangit Ouidius hiſtoriam: quam Vitruuius libro ſeptimo de architectura refert: ea Talis eſt Quum zoilus libros in homerum compoſuiſſet: Alexandriæ eos recitauit ptolemæo regi: cui nullum ille dedit reſponſum: ꝓ tantum poetam immerito culpari uideret: Is poſtea ad egeſtatem compulſus. regem adiit rogans: ut ſibi aliquid dari iuberet. Tum rex reſpondit. Homerus: qui ante annos mille deceſſit: æuo perpetuo tot milia hominum paſcit. Quare tu quoq; debes: qui meliori ingenio te profiteris: non modo unum. ſed etiā plures alere poſſe. Accuſatus deinde zoilus parricidii cruci affixus eſt: hic ergo quum eſſet.

zoilus libros in homerū compoſuit

Homeri obtrectator: adoptauit ſibi hoc cognomen: ut Homeromaſtix uocaretur: quod uerbum apud græcos flagellum ſignificat: & inde factum eſt: ut omnes huiuſmodi doctorum uirorum calumniatores Humeromaſticas apellemus: Plinius. Vt obiter caueam iſtos Homeromaſticas Gelius ſcribit quendam librum ſcripſiſſe aduerſus. Ciceronem: qui infando titulo erat inſcriptus Ciceromaſtix: oſtendens igitur Ouidius præcellentiſſimum quenq; poetarum non poſſe malignitatis dentes: & liuorem effugere: dicit zoilum inuidiæ ſtimulis uerbis petulantiſſimis in Homerum ſcripſiſſe: a qua detractatione zoilus nomen inuenit. ut Homeromaſtix cognominaretur. Et tua ſacrilege. Maronē dicit qui elegantiſſime cecinit aduentum æneæ in italiam: quo penates attulit: quoſ ex incendio troiano eripuerat. Sed tamen clariſſimus poeta non caruit detractoribus. ut. Seruius docet. Noſtra licentia: ſcribendi auctoritas. Pede mæonio: uerſu heroico: quali uſus eſt. Homerus. Grande ſonant tragici. quia de regibus loquuntur. Tragicos decet ira cothurnoſ: Triſtitia. Tragœdiæ proprium eſt. Ideoq; Euripides petente Archelao rege: ut de ſe. Tragœdiam ſcriberet abnuit: ac præcatus eſt: ne accidere archelao aliquid tragœdiæ propriū: In ea enim luctus exilia: cedes: iræ continentur: Horatiuſ: Iræ thyceſten exitio graui ſtrauere. Verſibus e mediis: e mediocri dicendi genere: & rebus: ac perſonis conueniente. Eſt enim Comœdia priuatæ: ciuiliſq; fortunæ ſine periculo uitæ comprehenſio. Soccus habendus erit: Soccum pro comico ſtilo. poſuit: ut ſupra cothurnum pro tragico. Horatius in epiſtolis. Quam non aſtricto percurrat pulpita ſocco. Eſt autem Soccus calciamenti genus: quo utebantur. comœdi: ſicut trogœdi cothurno. horatius hunc ſocci cæpere pedem grandeſq; cothurni. De Comœdia autem & Tragœdia multa Donatus & diomedes. Liber in aduerſos hoſtes: Iambicum carmen eſt maledicum: a Iambo pede ſic appellatum: primo enim ſex Iambis compoſitum eſt. Mox ſpondeum omnibus in locis recæpit: præterq̄ in ſecundo & quarto loco: ut in arte poetica docuit. Horatius: Huius carminis (ut Diomedes refert) præcipui ſcriptores fuere apud græcos Archilochus: & Hipponax: Apud romanos uero. Lucilius. Catullus. & Horatius Bibaculus: Iambum autem ideo liberum appellat: quoniam eſt expeditus: & celer. Horatius. Syllaba longa breui ſubiecta uocatur Iambus. Pes citus. Vel certe liberum: ꝓ qui in quempiam inuehuntur: libere ſcribunt nulla habita eius ratione. Extremum ſeu trahat ille pedem. Duplicem Iambicum uerſum daſignat: ſcilicet rectum Iambicum: & Coliambum uel Scazonta. hoc eſt claudicantem. Rectus enim iambicus habet in ultima ſede Iambum. pyrrhichium ue. In antepenultima cunctos accipit pedes: quorum modo ſit capax circa ſyllabarum quantitates indifferens. Scazon uero hoc uno a recto. Iambico diſtat. ꝓ clauſulam poſtulat ſpondaicam

Vomero maſtix.

[…]nium magni
loci expoſitum apud phili
beroaldum folio 13 an
ationum ſuarum inuenies

Triſtitia
Tragœdiæ peculiaris.
Comœdia.
Soccus.
Cothurnus
Iambicū carmen.
Iābicus uerſus duplex.
Rectus Iābicus.
ſcazon.



uel trochaicam: penultima autem ſede ſpondeum recipit: uel Iambum. Ambo autem uerſus trimetri appellantur: conſtant enim ex ſex pedibus. Suntq; utriq; ad maledicētiam facti: per celerem ergo pedem rectum Iambicum: per extremum uero claudicantem: & Scazonta intelligito. Blanda elegia. Elegia eſt carmen cōpoſitum hexametro uerſu pentametroq; ad inuicem poſitis: ut Diomedes ſcribit quod genus carminis apud romanos præcipue ſcripſerunt Propertius. Tibullus: & Gallus. imitati græcos Callimachum: & Euphorionem. Dicta eſt autem Elegia ſiue παρατοεηλεγειη τουσ τεθνεωτασ. Fere enim defunctorum laudes hoc carmine comprehendebāt: ſiue απο του ελεῦ. ideſt miſeratione: ꝓ tyrenus græciq; ελεγειασ iſto metro ſcriptitauerunt: cui opinioni conſentire uidetur Horatius elegos miſerabiles appellans. Ouidius in amoribus. Flebilis heu mœſtos elegeia ſolue capillos. Ah nimis ex uero nūc quoq; nomē habes. Mox ad res lætas amoreſq; uſurpari cœpta eſt. unde eam blandam appellat poeta. Horatius Veſtibus impariter iunctis quærimonia primum. poſt etiam incluſa eſt uotis ſententia compos. De auctore Elegiaci carminis. Grammatici certant. & adhuc ſub iudice lis eſt. Amores pharetratos: cupidines: qui phretra utuntur. Leuis amica: mutabilis puella. Callimachi numeris uerſibus elegis: in qbus ſcribendis callimachus prīas optinuit: ut docet Quintilianus. Achillis: fortiū geſta: ut fuit Achilles. Cydippe. amica Acontii: hoc eſt materia molliſ: & laſciua. Tui oris: tui carminis: & cantus: Homerus enim uirorum fortiū facta cecinit: nō autem amatoria. Andromaches: pudiciſſimæ: ut fuit Andromache uxor Hectoris. Thaida: meretricem. Si quis agat: ſi quis repreſentet: & loqui faciat in caſta fœmina mulierem impudicam. Thais in arte mea eſt: res meretriciæ tractantur in meis libris. Eſt libera nulli timori eſt obnoxia. Nil mihi cum nupta: nō ſcribo de pudiciſſimis fœminis: aut nō doceo nuptam uiolari. Si mea materiæ. Colligit ſe res iocoſas: & laſciuas. laſciuo ēt carmine compoſite ſcripſiſſe contra eorum opiniones: q dicebant poetæ muſā ꝓteruā eē. Vicimus: ſuperauim⁹ īuidos: Acta rea ē. Agere reum. eſt reum accuſare. Peragere uero reum eſt condemnare. Sed nimium properas: nimium feſtinas inuidendo. Studium famæ: laudis amor: quam conſequor ex carminibus meis. Creſcit mihi honore: honor enim alit artes: principio cliui. in aditu. & primordio famæ comparandæ: non nulla eſt mihi difficultas: uel certe dicit ſe feſſum uelle priori libro: finem imponere. Eſt autem ſumpta ſimilitudo ab equo cliuum aſcendente. Tantum ſe nobis. Fatetur uerecunde poeta ſe in elegis primas tenere: ut Maro in heroico carmine apud latinos principatum optinuit.

Elegia

Callimachus.

Agere reum
Peragerē reum

Blanda pharetratos elegeia cantet amores.
Et leuis arbitrio ludat amica ſuo.
Callimachi numeris non eſt dicendus achilles:
Cydippe non eſt oris homere tui.
Quis feret andromaches pagētē thaida parteſ
Peccat in andromache thaida ſi quiſ agat.
Thais in arte mea eſt: laſciuia libera noſtra eſt.
Nil mihi cum nupta: thais in arte mea eſt.
Si mea materiæ reſpondet muſa iocoſæ:
Vicimus. & falſi criminis acta rea eſt.
Rumpere liuor edax: magnū iā nomē habemuſ
Maius erit: tantum: quo pede cœpit: eat.
Sed nimiū properas: uiuā modo: plura dolebis.
Et capient anni carmina multa mei.
Nam iuuat: & ſtudiū famæ mihi creſcit honore
Principio cliui noſter anhelat equuſ.
Tantum ſe nobis elegi debere fatentur:
Quantum uirgilio nobile debet opus.

## P. OVIDII NASONIS DE REMEDIO AMORIS LIBER SECVNDVS.

HActenus inudiæ rñdimus: attrahe lora
Fortius: & gyro curre poeta tuo
Ergo ubi concubituſ & op⁹ iuuēile petetur.
Et prope promiſſæ tempora noctis erunt:

## BARTHOLOMEI MERVLAE ENARRATIONES IN VLTIMVM. DE REMEDIO AMORIS VOLVMEN.

HActenus inuidiæ reſpondimus: poſteaq̄ Calūniatoribus & inuidis ſupius ſatis ſuperq; rñdit Oui. fruſtraq; ab his falſo ſe accuſatū fuiſſe docuit. Nunc ſe ipſum hortatur. ut inceptum opus ad calcem deducat. Atrahe lora: reprime curſum tuum. nec ulterius reſpondeas maliuolis. Curre tuo gyro: tuam materiam: & opus exequere.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Multa iuuant:plura puellæ uitia ſimul notata reddent tibi eã inuiſam:quod unũ tantummodo non faciet. Parua necat morſu. Viperæ exemplo docet minimũ quodq; uitium poſſe amicam tibi in odiũ adducere. Sed quia ſunt totidem. Dicit non poſſe uitia omnia notare propter morum uarietatem :nam alii rem quampiam laudabunt:quam uituperabunt alii. Ludi- tis? deridetis hæc: uel me o amatores : ꝙ hæc quæ dixi poſſint uobis amicam infe- ſtam reddere? O ſi quos potuerunt iſta mouere:ſi hæc quæ dixi potuerunt uos ab amica amouere:legitur & iuuare. quod ẽt placet. Tepidæ faces:mediocris & ſegnis amor. Afflarunt ueſtra pectora: inhæſit menti ueſtræ. Ex quo deſignat leuicula eẽ quæ dixit:& quibus tamẽ unuſquiſq; mediocri amore ſaucius:poſſit:ac debeat moueri:ne poſtmodum cupido in eum acrius arcum intendat. Contentos arcus. intentos & paratos ad iaculandum. a uerbo cõtendo. Virgilius. Actius hæc cernens arcum intendebat apollo. Maiorem opem quia difficilior erit curatio:quum uos acrius uſerit cupido. Puella reddente obſcœ- na:puella uentrem exonerante :uel men- ſtrua emittente. Vt proſint:q̃uis iuuent. Non ſunt experienda tamen: non tamẽ agenda ſunt propter turpitudinem. Subducto ſtipite:amotis lignis.

Gaudia ne dominæ:pleno ſi corpore ſumes:
 Te capiant:ineas quamlibet ante uelim.
Quamlibet inueniaſ in qua tua prima uoluptaſ
 Deſinat:a prima proxima ſegnis erit.
Suſtentata uenus gratiſſima:frigore ſoles:
 Sole iuuant umbræ:grata fit unda ſiti.
Et pudet:& dicam ueneriſ quoq; iunge figuraſ
 Quas minime iũgi:quas ue decere putes.
Nec labor efficere eſt:raræ tibi uera fatentur
 Et nihil eſt:quod ſe dedecuiſſe putent.
Tunc etiam iubeo totas aperire feneſtras
 Turpiaq; admiſſo membra notare die.
At:ſimul ad metaſ uenit finita uoluptas:
 Laſſaq; cum tota corpora mente iacent.
Dum piget:& nullam malles tetigiſſe puellam:
 Facturuſq; tibi non uideare diu:
Tunc animo ſigna quæcũq; in corpore mẽda eſt
 Luminaq; in uitiis illius uſq; tene:
Forſitã hæc aliquis (nã ſũt quoq;) parua uocabit
 Sed quæ non proſunt ſingula:multa iuuant.
Parua necat morſu ſpatioſum uipera taurum
 A cane non magno ſepe tenetur aper.
Tu tantum numero pugna:præceptaq; in unũ
 Contrahe. de multis grandis aceruus erit.
Sed quia ſunt totidem mores totidemq; figuræ
 Non ſunt iudiciis omnia danda meis.
Quo tua non poſſunt offendi pectora facto:
 Forſitan hoc alio iudice crimen erit.
Ille quod obſcœnas in aperto corpore partes
 Viderat:in curſu qui fuit:hæſit amor.
Ille quod a ueneris rebus ſurgente puella
 Vidit in immundo ſigna pudenda toro.
Luditis? o ſi quos potuerunt iſta mouere:
Afflarunt tepidæ pectora ueſtra faces.
 Attrahet ille puer cõtentos fortius arcus.
 Saucia maiorem turba petetis opem.
Quid qui clam latuit reddẽte obſcœna puella?
 Et uidit quæ mox ipſa uidere uetat?
Dii melius:q̃ nos moneamus talia quenquam.
 Vt proſint. non ſunt experienda tamen:
Hortor & ut pariter binas habeatis amicas
 Fortior eſt:plures ſi qui habere poteſt.
Secta bipartito quum mens diſcurrit utroq;:
 Alterius uires ſubtrahit alter amor.
Grandia per multos tenuantur flumina riuos:
 Magnaq; ſubducto ſtipite flamma perit



Cæratas puppes:naues uel pice:uel cæra illitas. At tibi q fueras:docet ab eo:q̃ uni tm̃ puellæ ad dictus fuerat:alteram quoq; inuenienda eſſe:quo prior amor ab altero uincatur. paſiphaes Minos ĩ prognide ꝑdidit ignes:ĩ exẽplaribus oĩbus quæ legi:in prognide ſcriptũ annotaui:quũ in plotide legendum ſit. Fuit.n. Plodis mulier formoſa:quam amauit Minos relicta paſiphae:quæ ea cauſa poſtea facta eſt meretrix:ut pindari Interpres ſcribit. Sunt qui in procride legendum putent. Procris enim Cephali uxor Minoa laborantẽ ſanauit:ut ſcribit Higynius:& pro eo bñficio canẽ ab eo accepit. prior paſiphae. Victa ab idæa cõiuge ſupata a plotide cretenſi. Ida.n. mons eſt. cretæ Ceſſit. locũ dedit ipſi plotidi. Potes etiam ad Caſſandrã referre :cuius amore captuſ Agamennon:eam in græciã adduxit:quare cõmota clytemneſtra : maritũ occidit: ut antea dictũ eſt. Amphilochi frater ne Phyllida ſemp amaret. Calliope fecit parte recepta tori:hæc duo carmina ita emẽda:ut non Phyllida. ſed phegida : & Calliroen non Calliopẽ legas. Fabula talis eſt Alcmeõ filius uatis amphiarai : quærebat purgari ob interfectã matrem Eriphylen: uenitq; ad phegeũ patrem Alpheſibœæ: cui dedit monile maternũ præcioſum: cuius & maritus effectus eſt:profectus deinde ad Acheloum:filiã eius adamauit noĩe Callitoen:quæ quum & ipſa monile illud poſceret:rediit ad Alpheſibœã. Sed illic a Themeno:& Axione alpheſibœæ fratribus interfectus eſt. Sepultus in acropoli zacynthi:ubi cupreſſi ſunt:quas uirgineas appellant:alpheſibœa aũt fratres in ultionem necati mariti interfecit. Auctor pauſanias in ſeptimo hiſtoriarũ. Ouidius quoq; in octauo met. fabulam breuiter tãgit. Amphilochi frater : alcmeon filius amphiarai:& frater amphilochi. Phegida alpheſibœam phegei filiam. Oebalia pellice. Helena ex lacedemonia. Forma coniugis:forma prognes. Odryſio tyrãno. Tereo regi Daolidis:oriũdo a thracibus. Sororis clauſæ:philomenæ a Tereo ductæ in ſtabula:ibiq; incluſæ. Ouidius in ſexto met. Et iam cũ lachrymis ubi ſit germana rogantem includit:faſſuſq; nephas: & uirginem & unã Vi ſuperat. Parcius e multiſ minus dolet mater amiſſo ex multis filiis uno q̃ quæ unũ tantũ habet:& perdit. Vidit id atrides. idem per exemplum agamẽnonis uerũ eſſe cõprobat. Chryſeida. chriſæ filiã Aſtimonẽ. Senior pater. Chryſes ſacerdos apollinis. Calchas ope tut9 achillis. Quũ Agamẽnon raptã chryſeida nollet patri reddere:apollo ꝑ nouẽ dies : totidemq; noctes ſagittas emittens. primum iumenta. deinde homines ita percuſſit:ut quottidie cateruatim in rogis defunctorum corpora cremarentur :quam rẽ quum Achilles ad ſenatum rettuliſſet:placuit calcantem augurem conſuli: qui quum timeret diuinationem proloqui propter Agamemnonem. Iurauit ei achilles ſe uiuo neminem paſſurum ſe illi iniurioſas manus afferre:ne ipſum quidem Agamennonem principum qui illic aderant multo eminentiſſimum:quibus uerbis tutus calchas:peſtilentiam docuit poſſe ſedari : ſi Chryſeis patri redderetur:quo facto Agamennon briſeida achilli eripuit:ut in primo iliados cecinit Homerus. Proxima illius. ſecunda a forma chryſeidis. Et ſi prima ſinat littera. ſi chryſeis non briſeis diceretur.

Plotis nimpha Procris

Alcmeonis & calliores fabula.

Calchas docuit peſtilentiã poſſe ſedari.

Non ſatis una tenet cæratas anchora puppes.
 Non ſatis eſt liquidis unicus hamus aquis.
Qui ſibi iam pridem ſolatia bina parauit:
 Iam pridem ſumma uictor ĩ arce fuit.
At tibi qui fueras dominæ male creditus uni:
 Nunc ſaltem nouus eſt inueniendus amor.
Paſiphaeſ minos ĩ plotide perdidit ignes
 Ceſſit ab idæa coniuge uicta prior
Amphilochi frater ne phegida ſemper amaret:
 Calliroe fecit parte recæptatori.
Et paris œnonen ſummos tenuiſſet in annos:
 Si non œbalia pellice læſa foret:
Coniugis odryſio placuiſſet forma tiramno.
 Sed melior cauſæ forma ſororis erat
Quid moror exẽpliſ. quorum me turba fatigat
 Succeſſore nouo uincitur omnis amor.
Parcius e multis mater deſiderat unum
 Quam:quæ flens clamat:tu mihi ſolus eras.
Et:ne forte putes noua me tibi condere iura :
 Atque utinam inuenti gloria noſtra foret
Vidit id atrides:quid enim non ille uideret?
 Cuius in arbitrio græcia tota fuit.
Marte ſuo captam chriſeida uictor amabat:
 At ſenior ſtulte flebat ubiq; pater.
Quid lachrimas odioſe ſenex? bene contigit illi
 Officio natam lædis inepte tuo.
Quam poſtquã reddi calchaſ ope tutus achilliſ
 Iuſſerat:& patria eſt illa recæpta domo:
Atrides ait:eſt illius proxima forma.
 Et:ſi prima ſinat littera:nomen idem.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

In mea therſites. Ordo eſt. licebit ut Therſites eat in mea regna: hoc dicit. i locum meum cõſtituam fœdiſſimũ ac peſſimum illum Therſitem: qui (ut in ſecundo Iliados ſcribit Homerus) uir fuit loquaciſſimus. idem fœdiſſimus omniũ qui ad troiam nauigarunt. Altero oculo Strabone: altero pede claudo. anguſtiſſimis humeris: & ad pectus uſq; cõtractis. uertice acuminato: raro capillo: & eo impetigine aſtricto: huius meminit Iuuenalis dicens. Malo pater tibi ſit Therſites: dum modo tu ſis aeacidæ ſimilis. Et hanc habuit. Briſeida accepit. Solatia magna prioris: adẽpta chriſeide: agamẽnoni poſtea ſolatio fuit briſeis. Prior cura: prior chriſeidis amor

Therſites

Noua: nouo amore briſeidis. In biuio in duabus puellis. Artes noſtras: libros de arte amandi. Media ætna: medio æſtu amoris. Frigidior: ſegnis in eius amore.

Abrumpere medias flammas: medium amorem non q̃primum. ſed paulatim ſoluere. Poſitos furores: depoſitum amorem uehementem. Auceps: amator: qui aucupatur puellam. In laqueos ſuos. in ſuas inſidias: quas puellæ parauerat. Q uũ te languere uidebit: quũ ſentiet te ab amore deſtitui & ceſſare. nam quum puellæ intelligunt ſe amari ab amantibus: tunc redduntur inſolentiores: at negligentius. & tepidius amatæ: ſuperbiam ponunt. Hoc munus: quod ſequitur. Te quoq; fallet amor. Docet amatorem decipi poſſe ab amore: antequã dediſcat amare. niſi amicam conſilium celauerit. Q uod te contẽnere poſſit: ꝙ te uolente: ab ea contemnaris. legitur etiam poſſis: ut ſit. ꝙ te non ducas illi parem pulchritudine. Alii uero ita legunt: ꝙ non contemnere poſſis: hoc eſt ꝙ non ſperes poſſe ſpernere ipſam puellã

Ferre gaudia ex facili: non difficile potes amoris iugum deponere & gaudere: uel hoc dicit. potes amicæ gaudia facile ferre & amittere.

Hanc mihi (ſi ſapiat) per ſe concedat achillles
Si minus: imperium ſentiet ille meum:
Q uod ſi quiſ ueſtrum factum hoc icuſat achiui
Eſt aliquid ualida ſceptra tenere manu.
Nam. ſi rex ego ſum: nec mecum dormiat illa
In mea therſites regna licebit eat.
Dixit & hanc habuit ſolatia magna prioris:
Et prior eſt poſita cura repulſa noua
Ergo aſſume nouaſ auctore agamẽnone flãmaſ
Et tuus in biuio detineatur amor.
Q uæris ubi inuenias: artes tu perlege noſtras.
Plena puellarum iam tibi nauis erit
Q uod: ſi qd præcepta ualẽt mea: ſi quid apollo
V tile mortaleſ edocet ore meo:
Q uanuis in fœlix media torreberiſ ætna:
Frigidior dominæ fac uideare tuæ.
Et ſanum ſimula ne ſi quid forte dolebis
Sentiat: & ride quum tibi flenduſ eris.
Non ego te iubeo medias abrumpere flammas
Non ſunt imperii tam fera iuſſa mei.
Q uod non eſt ſimula poſitos imitare furoreſ
Sic facies uere quod meditatus eris.
Sæpe ego ne biberem. uolui dormire uideri:
Dum uideor: ſomno lumina uicta dedi.
Deceptum riſi qui ſe ſimularat amare.
In laqueos auceps deciderat q; ſuos.
Intrat amor mentes uſu: dediſcitur uſu.
Q ui poterit ſanum fingere: tutus erit.
Dixerit ut ueniaſ pacta tibi nocte: ueníto.
V eneris: & fuerit ianua clauſa: feres.
Nec dic blanditias. nec dic conuitia poſti:
Nec latus in duro limine pone tuum.
Poſtera lux aderit: careant tua uerba quereliſ
Et nulla in uultu ſigna dolentis habe:
Iam ponet faſtus: quum te languere uidebit:
Hoc etiam noſtra munus ab arte feres.
Te quoq; fallet amor: dum ſit tibi finis amandi:
Præpoſitis freniſ ſæpæ repugnat equus.
V tilitas lateat: quod non profitebere fiet.
Q uæ nimis apparent rætia uitat auis.
Nec tibi tam placeat. quod te cõtemnere poſſis
Sume animos: animis cedat ut illa tuis:
Ianua forte patet: quanuis reuocabere: tranſi
Eſt data nox: dubita nocte uenire data:
Poſſe pati facile eſt tibi ni patientia deſit:
Protinus ex facili gaudia ferre licet.



Partes conciliantis: permittendo te etiam cum amica coire: id quod paulopoſt apertius docet. Ferro acuto. cultro acuto reſecando uulnus immedicabile. Ouidii. in met. Sed immedicabile uulnuſ Enſe recidendum eſt: ne pars ſincæra trahatur. Nec abire potes. nec potes longius diſcedere ab amica. Deſine luctari. ceſſa pugnare cum amore. Referant tua carbaſa: redeas ad amicam. Q uaq; uocant fluctus: amoris impatientiam: & uim fluctum appellat. E medio amne. rem habendo cum puella. Sed bibe plus etiam. Explendum eſſe docet libidinis deſiderium pluſquam neceſſe ſit. Tedia quære mali. fac tibi amorem tedio eſſe. Mane: perſeuera in amore. Dum bene te cumulaſ dum bene te exples amore. Fit quoq; longus amor: Amorem quoq; diu durare poſſe oſtendit ex diffidentia. quam rem uitandam eſſe præcipit. Q uem diffidentia nutrit qui nutritur zelotypia quam cryſipp⁹ dicebat eſſe animi ægritudinem ex eo prouenientem qđ adſit alteri: qđ ipſe nõ hẽas Pone metũ. pone timorẽ: ne amica alium amet. V t ſuaſit: ut amica ſolũ ſe met. Ope machaonia. Medicinali auxilio. Plus amat e natis. timorem probat. amorem augere. Ordo eſt. Mater plerumq; e duobus natis plus amat illum pro cuius reditu timet. ꝙ gerit arma: hoc eſt quia militat. Eſt prope collinam. Porta collina etiam Salaria dicebatur: qua in collem quirinalem ibaẽ. illi propinquũ fuit templum ueneris Erycinæ. de quo in li. ſexto ita ſcribit Strabo. Eryx collis eſt excelſus. in quo ueneris tẽplum locatum erat: quod ſingulari ueneratione colebatur antiquitus. mulierum frequentia refertum illius miniſterio dicatũ: quas & e ſicilia: & externis regionibus multi locarãt: ſed poſtea ſicut & ipſa colonia uiduata colonis eſt: ſic & tẽplũ deſolatũ: & ſãctarum hominũ copia defecit. Fuit & romæ ante portam collinam deæ huiuſ ædificium: quod ueneris Erycinæ tẽplũ dictitarunt: cui cum æde ſacra inſignis adiacebat porticus. Ouidius faſtorum li. quarto. Templa frequentari collinæ proxima portæ. Nunc decet: a ſiculo nomina. colle tenent. Impoſuit nomina. quia cognominatũ eſt tẽplum ueneris erycinæ ab eryce colle ſicilíæ. Lethæus amor. cupido obliuionẽ amoris inducens amantibuſ

zeloytpia.

Porta collina ſeu ſalaria

Tẽplũ Veneriſ Erycine

In ſuas lãpadas: in ſuas faces ardentes: quibus cupido urit amantum pectora.

Addit aquam. ut extinguantur. Obliuia Obliuionem amoris inducens amantibus

Duro uiro. uiro minus in amore reſpondenti. Modo das. ſcribendo præcæpta artis amatoriæ. Modo demis. modo adimis: intelligit autem duos libellos de remedio. Ad mala quiſq; animum referat ſua. Hoc eſt præceptũ ſomni datũ poetæ: quo iubet. ut amator cogitet ſemꝑ de malis & rebus ſibi aduerſis: quo facilius præ dolore illarũ amoris obliuiſcatur Q ui puteal. Enumerat res poeta. ad quas animũ referẽdũ eẽ dixit. Erat autẽ Puteal (ut. Acron ſcribit) locus romæ: ad quem

Puteal

En præcepta poteſt quiſquã mea dura uocare?
En etiam partes conciliantis ago.
Et quoniam uariant animi: uariabimus artes.
Mille mali ſpecies: mille ſalutis erunt.
Corpora uix ferro quædam ſanantur acuto:
Auxilium multis ſuccus & herba fuit.
Mollior es. nec abire potes: uinctoſq; teneris.
Et tua ſæuus amor ſub pede colla premit.
Deſinit luctari: referant tua carbaſa uenti.
Q uaq; uocant fluctus: hac tibi remus eat.
Explenda eſt ſitis iſta tibi: qua perditus ardes:
Cædimus: e medio iam licet amne bibas.
Sed bibe plus etiam: q̃ quod præcordia poſcunt
Gutture fac pleno ſumpta redundet aqua
Et fruere uſq; tua nullo prohibente puella:
Illa tibi noctes auferat: illa dies.
Tedia quære mali: faciunt & tedia finem:
Iam quoq; quum credas poſſe carere: mane.
Dum bene te cumules. & copia tollat amorem:
Et faſtidita non libet eſſe domo.
Fit quoq; longus amor. quem diffidentia nutrit
Hunc ſi tu quæris ponere: pone metum.
Q ui timet ut ſua ſit: ne quis ſibi ſubtrahat illam
Ille machaonia uix ope ſanus erit:
Plus amat e natis mater plerunq; duobuſ.
Pro cuius reditu: quod gerit arma timet.
Eſt prope collinam templum uenerabile portã:
Impoſuit templo nomina celſus eryx.
Eſt illic lethæus amor qui pectora ſanat:
Inq; ſuas gelidam lampadas addit aquam.
Illic & iuuenes uotis obliuia poſcunt.
Et ſi qua eſt duro capta puella uiro.
Hic mihi ſic dixit: dubito: uerus ne cupido:
An ſomnus fuerit. ſed puto ſomnus erat.
O qui ſolicitos modo: das modo demis amores.
Adiice præcæptis hoc quoq; naſo tuis.
Ad mala quiſq; animũ referat ſua ponet amorẽ:
Omnibus ille deus plus ue minus ue dedit.
Q ui puteal: ianumq; timet: celereſq; calendas:
Torqueat hunc æris mutua ſumma ſui.

conueniebant fœneratores:Porphyrio uero dicit ſedem fuiſſe prætoris prope circũ ſabianum:quod libonis dicebatur:quia a libone illud primũ tribunal:& ſubſellia collocata ſunt. Horatius in epiſtolis Forum putealq; libonis Mandabo ſiccis:& Perſius:Si puteal multa cautus uibice flagellat. Ianumq; timet. uel menſem ianuarium:quo in ius trahebantur debitos a creditoribus:uel forum iudiciale intelligit:quod erit propĩquum templo iani. celereſq; calendas. celeres appellat calendas. q̃ debitori tẽpus ſoluendi uidebatur celerius aduenisſe. quam uellet:Ex quo deſignat dolendum eſſe. ſi cui amator debet pecuniam: Mutua cura. uiciſſim quoque dolẽdum eſſe dicit. ſi idem credidit pecuniam alicui. Vt uoto cætera cedãt. quãuis in reliquis rebus. præterq̃ in amore facilẽ habeat patrẽ. Littora ſæua. dura. & ſaxoſa littora: Et poſſes odiſſe tuam pari. paris quoq; odiſſet helenam. ſi fratrum pericula conſideraſſet: Et quis non cauſas. idẽ ẽt fere ita ſcribit Herodotuſ libro. vii Nec mortalium quẽpia aut eẽ. aut fore. qui ex quo natus eſt. mali exors ſit. & ut quiſque maximus eſt. ita maxima ei debere mala puerilis imago. Cupido Lethæus. quem ſomnum quoque appellauit. Palinurus lethæus cupido optimus magiſter remedii amoris:ut Palinurus fuit optimus nauis æneæ gubernator. Deſerit nauem deſerit materiam hanc meam: Quam tempora phœbi: quam diei tempora.



Quæ que. Leuet luctus. que particula hic pro quia ponitur. Ouidiuſ in met. Vimq; parat:ſed ui non eſt opus: inq; figura Capta dei nympha eſt:& in faſtis. Nataq; de flamma corpora nulla uides.

Pyledem aliquem. fidum aliquem amicum ut fuit pylades oreſti: qui eum nunquam deſeruit:quum factus eſſet inſanus poſt matrem interfectam. Hic uſuſ amileuis:non erit parua. Ibat ut aonio referens trieterica baccho. Amorem phyllidis furori baccharum comparat poeta. Male autem in pleriſq; exemplaribus ædonio legitur ſyllaba repugnante:quæ in antepenultima ſemper breuis eſt. Properti⁹ Nec minus aſſiduis ædonis feſſa choreis: emendes tu ita. ut aonium bacchum: hoc eſt boetium legas. non ædonium. Cur autem bacchus. Aonius dicat:& quid aonia ſit docuimus in libris de arte amandi:repete quæ illic ſcripſimus. Trieterica: Triẽnalia ſacra:liberi enim ſacra (ut docet Seruius) tertio quoq; anno innouabantur.

Latum ſpectabat in æquor:an ueniret. Demophon. In humo harenoſa. in littore

Subnubilus. parum obſcurus. Nona terebatur miſeræ uia:ſic & in tertio de arte amandi. Quære nouem uicibuſ cur una feratur. & audi: Depoſitis ſiluas phyllida fleſſe comis. Viderit. Demophoon aſpexerit. Pallida facta amore attenuata. uel pallida morte futura.

Cur durus pater eſt. ut uoto cætera cedant
Hunc pater ante oculos durus habendus erit
Hic male dotata pauper cum coniuge uiuit.
Vxorem fato credat obeſſe ſuo.
Eſt tibi rure bono generoſæ fertilis uuæ
Vinea:ne naſcens uſta ſit uua. time.
Ille habet in reditu nauem:mare ſemper iniquum
Cogitet:& damno littora ſæua ſuo.
Filius hunc miles:hunc filia nubilis angat
Et quis non cauſas mille doloris habet?
Et poſſes odiſſe tuam pari. funere fratrum.
Debueras animo ſæpe referre tuo.
Plura loquebatur:placidus puerilis imago
Deſtituit ſomnus:ſi modo ſomnus erat:
Quid faciam? media nauem palinurus in unda.
Deſerit:ignotas cogor inire uias.
Quiſquis amas:loca ſola nocẽt loca ſola caueto
Quo fugis? in populo tutior eſſe potes:
Nam tibi ſecretos augent ſecreta furores:
Eſt opus auxilio:turba futura tibi eſt.
Triſtis eris:ſi ſolus eris:dominæq; relictæ
Ante oculos facies ſtabit ut ipſa tuos.
Triſtior iccirco nox eſt:quam tempora phœbi.
Quæq; leuet luctus turba ſodalis abeſt:
Nec fuge colloquium:nec ſit tua ianua clauſa
Nec tenebris uultus flebilis abde tuos.
Semper habe pyladen aliquẽ:qui curet oreſtẽ:
Hic quoq; amicitiæ non leuis uſus erit.
Quid niſi ſecretæ læſerunt phyllida ſyluæ.
Certa necis cauſa eſt:incomitata fuit.
Ibat ut aonio referens trietrica baccho
Ire ſolet fuſis barbara turba comis.
Et modo quã poterat latum ſpectabat in æquor
Nunc in harenoſa laſſa iacebat humo
Perfide demophoon ſurdas clamabat ad undas
Ruptaq; ſingultu uerba loquentis erant.
Limes erat tenuis longa ſubnubilus umbra.
Quo tulit illa ſuos ad mare ſæpe pedes.
Nona terebatur miſeræ uia:uiderit inquit.
Et ſpectat zonam pallida facta ſuam.



Aſpicit & ramos. quibus ſe ſuſpendat. Et digitos ad ſua colla refert: zonam collo innectit. Sithoni. o phyllis ex thracia. quæ prius Sithonia dicebatur. ut gelius docet. Non fleſſet poſitis arbor non tua cauſa amiſiſſet comas. ideſt frondes. quæ ſunt arborum comæ. Præſtiterat iuuenis. Amatoris cuiuſdam exemplo docet amantum quoq; turbam fugiendam eſſe. Decidit:uenit in priſtinum morbum amoris. Nec uis. amare. Contagia. Contagia appellat amantum conſortia. Eſt autem. Contagium. ſeu. Contagio. & Contages morbus:qui quicquid contingit polluit Iuuenalis. Dedit hanc contãgio labem. Contagium Contagio Contages.

Aſpicit & ramos:dubitat:refugitq; qđ audet.
Et timet:& digitos ad ſua colla refert.
Sithoni tunc certe uellem ne ſola fuiſſes.
Non fleſſet poſitis phyllida ſilua comis:
Phyllidis exemplo nimium ſecreta caueto:
Læſe uir a domina:læſa puella uiro.
Præſtiterat iuuenis quicquid mea muſa iubebat
Inq; ſuæ portu pœne ſalutis erat:
Decidit:ut cupidos inter deuenit amantes.
Et:quæ deciderant tela:reſumpſit amor.
Si quis amas:nec uis:facito contagia uites.
Hæc etiam pecori ſæpe nocere ſolent.
Dum ſpectant læſos oculi:læduntur & ipſi
Multaq; corporibus tranſitione nocent.
In loca non nunquam ſiccis arentia glebis
De prope currenti flumine manat aqua.
Manat amor:tectus:ſi non ab amante recedas.
Turbaq; in hoc omnes ingenioſa ſumus:
Alter item iam ſanus erat:uicinia læſit.
Occurſum dominæ non tulit ille ſuæ.
Vulnus in antiquum rediit male ſana cicatrix.
Succeſſumq; artes non habuere meæ.
Proximus a tectis ignis defenditur ægre.
Vtile finitimis abſtinuiſſe locis.
Nec quæ ferre ſolet ſpatiantem porticus illam
Te terat:officium neue colatur idem.
Quid iuuat admoitu tepidam recaleſcere mẽtẽ
Alter ſi poſſis orbis habendus erit.
Non facile eſuriens poſita retinebere menſa:
Et multum ſaliens incitat unda ſitim
Non facile eſt taurum uiſa retinere iuuenca.
Fortis equus uiſa ſemper adhinnit equa.
Hæc ubi præſtiteris. ut tandem littora tangas:
Non ipſam ſatis eſt deſeruiſſe tibi.
Et ſoror:& mater ualeant:& conſcia nutrix:
Et quiſquis dominæ pars erit ulla tuæ.
Nec ueniens ſeruus. nec flens ancillula fictum
Suppliciter dominæ nomine dicat auc.
Nec:ſi ſcire uoles quid agat:tamen ipſe rogabis
Perfer:erit lucro lingua retenta tuo

Et dabit in plures: ſicut grex totus in agris Vnius ſcabie cadit:& prurigine porci. Dum ſpectant læſos. Dum aſpiciunt aliorum oculos fletu ob amoris impatientiam uiolatos:uel læſos amantes a puella deceptos accipe. Multaque corporibus. Multa mala tranſeuntia ab amantibus ad alios ſanari cupientes:multum nocent:id autem ita eſſe probat fluminis exemplo. Manat amor tectus:furtim amor redit: & illabitur pectori. Ab amante. Ab amãtum conſuetudine In hoc:ut manet amor tectus ſi non receſſerimus. Alter item iam ſanus erat. Alterius amatis exemplum ponit. Ex quo docet longius diſcedendum eſſe:ne amicam uideas. Occurſum dominæ:amicæ fortuitum aduentum. In antiquum uulnus in priſtinum dolorem. Cicatrix:amor antea ſanatus. Succeſſum: euentum. ut ſanaretur. Spaciantem porticus illam puellæ enim ſub porticibus in ambulabant:ut antea dictum eſt. Officiũ ne ue colatur idem. nec cætera facias:quæ dum puellam conciliares faciebas. Recaleſcere:iterum æſtuare. commemorando officia:quæ amator obibat. dum puellam aucuparetur. Tepidam mentem. mentem adhuc mediocriter amantem. Alter orbis. altera regio. Non facile eſuriens:ut qui fameſcit:uiſo cibo difficile ſe ab eo capiendo abſtinet: ſic amator uiſa amica:uix poterit teneri. quin eam adeat.

Littora. portum:& finem amandis.

Et ſoror & mater ualeant. amoueas te etiam a ſorore:& matrem amicæ. Conſcia nutrix nutricem etiam puellæ conſciã amoris ueſtri fugias. Pars erit ulla. erit. amicus. Nec ueniat ſeruus: Seruos quoque & ancillas amicæ effuge. Lingua retenta:ſermo non habitus de amica

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Cauſam fugitiui amoris.cauſam qua amor a te fugiat. Melius ſic te ulciſcere. facilius eius amorem fugabis tacendo.quam ſi de ea quereris. Dum illa effluat donec illa emente tua labatur. Quam te deſiſſe loquaris.quam dicas te ceſſaſſe amare. Sed meliore fide. Tutius eſſe ducet per fluminis ſimilitudinem lente amorem ponere:quam celeriter. Flumine perpetuo.flumine ſemper currenti.nã

Flumen Torrẽs.

flumen dicitur:quod perenne eſt:hoc eſt quod continue fluit:quod uero æſtate ſiccatur:a Torrendo uocamus Torrentem. Altius ire:impetuoſius labi:uel maiori aquarum molle deſcendere. Hæc breuis eſt: Torrens breui delabitur. uel durat

Euanid⁹

æſtate enim ſiccatur: Fallat.Amor paulatim ita euaneſcat ut non ſentiatur. Euanidus.inanis:& in nihilum redactus. Plinius in nono. Idem a quadrimo euanidus

Per molles gradus. Per facilem uiam hoc eſt ſenſim. Exitus iſte.iſte amoris finis. Feris ingeniis.duræ & immiti naturæ. Nec curandus adeſt:nec eſt ſanandus ame. Aut ægre deſinit eſſe miſer.

Venus. Appias:

difficile ſanatur. Iuncti modo.pauloante amici. Appias ipſa.ipſa uenus genitrix:cuius templum erat in foro.C. Cæſaris:ab aqua appia:quæ illic erat cognomi

Appiades deæ

nata:unde etiam in libris de arte amandi: Appiades deas appellauit non modo uenerem:ſed Pacem.Pallada.Concordiam: & Veſtram illi uicinas.Sæpe reas faciunt & amant.Sunt etiam qui diem dicũt puel

Reus

lis:quas amant.Reos autem(ut in oratore docet Cicero)eos appellamus:qui nõ modo arguuntur:ſed omnes:quorum de re diſceptatur. Vbi nulla ſimultas Incidit.Inde inquit amor diſcedit:ubi nullum odium inter amantes intercedit.. Libera monitu.Carens aliqua commemoratõne alicuius cauſæ:ex qua diſcordia oriatur. Oberrat.circunerrat:diſcedit.uel oberrat admonitu:ideſt errat circum amantes monendo ipſos:ut cauſas diſſidii quærant.

Liber amor.ſolutus & ocioſus cupido.

Forte aderat iuuenis: Docet exemplo non eſſe quoq; cum amica litigandum. Lectica:qua diuites geſtabantur ut docet Iuuenalis. Sæuis minis:minabatur enim iuuenis iratus dominæ:Iamq; uadaturus.

Vadari.

Vadari eſt ſpondere ſe certo die affuturũ in iudicio:uel per ſe:uel per aduocatum ſiue id ſit capitale iudicium:ſiue pecũiariũ. Horatius.Et caſu nunc reſpondere uadato Debebat quod ni feciſſet perdere litem

Prodeat lectica.exeat amica de lectica

Mutus erat: erat ſine uoce uiſa amica prænimio amore. Et manus: quæ illi minabatur. Duplices tabellæ: codicillos dicit:in quibus ſcripta utriuſque ſeu iura continebantur. Venit in amplexus: uenit in amicæ cui antea minabatur:complexum. Athalamis:a lecto & amore.Eſſe ſolẽt magno:quod pdis minus ẽ.q̃ Lucrũ Magno bono:liberãdo te ab amicæ amore.

Tu quoq;:qui cauſam fugitiui quæris amoris
Deq; tua domina multa quærenda refers:
Parce queri:melius ſic te ulciſcere tacendo:
Dum deſideriis effluat illa tuis.
Et malim taceas:quam te deſiſſe loquaris.
Qui nimium multis:non amo:dicit:amat.
Sed meliore fide paulatim extinguitur ignis
Quam ſubito:lente deſine:tutus eris:
Flumine perpetuo torrens ſolet altius ire.
Sed tamen hæc breuis eſt:illa perennis aqua.
Fallat:& in tenues euanidus exeat auras.
Perq; gradus molles emoriatur amor.
Sed modo dilectam ſcelus eſt odiſſe puellam
Exitus ingeniis conuenit iſte feris.
Nec curandus adeſt:odio qui finit amorem
Aut amat:aut ægre deſinit eſſe miſer.
Turpe uir & mulier iuncti modo:ꝓtinus hoſtes
Non iſtas lites appias ipſa probat.
Sæpe reas faciunt:& amant:ubi nulla ſimultas.
Incidit:a monitu liber oberrat amor.
Forte aderat iuuenis:dominam lectica tenebat
Horrebant ſæuis omnia uerba minis.
Iamq; uadaturus lectica prodeat inquit:
Prodierat:uiſa coniuge mutus erat.
Et manus & manibus duplices cecidere tabellæ
Venit in amplexus:atq; ita uincis ait.
Tutius eſt:aptumq; magis diſcedere pace:
Quam petere a thalamis litigioſa fora.
Munera quæ dederas habeat ſine lite iubeto.
Eſſe ſolent magno damna minora bono.
Quid:ſi uos caſus aliquis conducat in unum:
Mente memor tota quæ damus arma tene.
Hic opus eſt armis:hic o fortiſſime pugna:
Vincenda eſt telo panteſilea tuo.
Nunc tibi riualis:nunc durum limen amicæ:

Conducat in unum.Si caſu ueneris eo.ubi erit amica. Arma:præcepta:conſilia. Panteſilea. Amica tua.Nunc tibi riualis. Docet ab amatore ea de amica cogitanda eſſe.quæ eam in odium ad



ducant:Mediis irrita uerba deis:dii per quos illa peierabat: Nec compone comas:nec capillos torqueas calamiſtro.ſic alibi.Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos. Nec toga ſit laxo.Molles & libidinoſi ad pedes togam demittebant. Horatius. Eo ꝙ ruſticius tonſo toga defluit.& Tibullus. Heu miſerũ laxa quid iuuat eſſe toga.nã alias toga inſinum collecta ſubcingebatur:ut nũc quædam linea ſacerdotum ueſtimenta uidemus.Nulla ſit,ut placeas.ne cures ẽt placere aliis puellis tuo ornatu Alienæ puellæ.non ita tuæ.ut ea eſt quam deperis:ſed ut ita loquar extraneæ. Vt multis illa ſit una

Toga laxa

tibi:ut ſolam illam exiſtimes te habere:& eam ſolam effugias.Aliter apud Plinium inepiſtolis ad Caninium Ruffum unum ex multis.ideſt miſerum exponas. Sed quid præcipue.Cauſam docet.cur ſero ab amore deſiſtant amantes. Exemplo quenq; docente ſuo:proprio exemplo unoquoq; id cognoſcente. Pondus habere. habere effectũ:nam falſo tibi iurant p deos: ex quo docet amatorem quoq; falli:quum credat puellæ falſo iuranti: ꝙ eum amet. Vt lapis.ut ſcopulus. Vndiq; pulſus:undiq; fluctibus exagitatus.Diuortia: ſeperationem ab amica.Nec dic quod doleas: nec ẽt amicæ cãm doloris aperias. Peccata:amicæ in te crimina. Ne diluat: ne ea purget:& refellat. Vt illa cauſa. Vt puellæ ratio.Qui ſilet:qui nõ diem ꝓbra puellæ.Satiſfieri poſtulat. Petit ut ſe purgat amica.Non ego dulichias. Inuitos amantes fatetur poeta ſe nolle furioſe occidere: & ui ſedare.Dulichias ſagittas.Aut eas intelligit Herculis ſagittas: quas ulyſſes dulichius accepit a philoctete: & ad troiã attulit:ut in.xiii.met.oſtẽdit Ouidius. Aut eas quibus Vlyſſes procos interfecit.Scribit enim Homerus in.xxi. odyſſeæ Penelopen dediſſe arcũ Vlyſſis procis tendendum:dicens ſe illi nupturam:qui arcum tetendiſſet:& ſagittam emiſiſſet.Verũ quũ id facere nemo potuiſſet. Vlyſſes qui ſub habitu mendici latebat: arcum tetendit quem prius explorauerat:an eẽt carioſus: procoſq; ſagittis excuſſis occidit. Propertius.Et ueteres arcus læto renouaſſe procorum errorisq; ſui ſic ſtatuiſſe modum.

Vn⁹ ex multis

dulichie ſagittæ.

Arcus Vlyſſis.

Tingere in amne faces.per uim faces cupidinis extinguere. Nec nos purpureas. nec amantes retinebimus inuitos:quo minus euolent ad quam uelint puellam. Cõſilium eſt quodcunq; cano:nos inquit nulli uim afferimus: ſed conſiliũ damus uolẽtibus ſanari.Sonuere lyræ.lyra.n. Apollo

Nunc ſubeant me diis irrita uerba deis.
Nec compone comas:quũ ſis uẽturus ad illam
Nec toga ſit laxo coſpicienda ſinu:
Nulla ſit ut placeas alienæ cura puellæ.
Iam face:ut e multis illa ſit una tibi.
Sed quid præcipue ueſtris conatibus obſtet:
Eloquar:exemplo quenq; docente ſuo:
Deſinimus tarde.quia nos ſperamus amari:
Dum ſibi quiſq; placet credula turba ſumus:
At tu nec uoces(quid enim fallacius illis:)
Crede:nec æternos pondus habere deos.
Neue puellarum lachrymis moueare caueto.
Vt flerent:oculos erudiere ſuos.
Artibus innumeris mens oppugnatur amãtum
Vt lapis æquoreis undiq; pulſus aquis.
Nec cauſas aperi:quare diuortia quæras.
Nec dic quod doleas:clam tamen uſq; dole.
Nec peccata refer ne diluat ipſa caueto:
Vt melior cauſa cauſa ſit illa tua.
Qui ſilet eſt firmus:qui dicit iſta puellæ
Probra:ſatis fieri poſtulat ille ſibi.
Non ego dulichias furiali more ſagittas:
Nec raptas auſim tingere in amne faces.
Nec nos purpureas pueri reſecabimus alas:
Nec ſacer arte mea laxior arcus erit.
Conſilium eſt quodcunq; cano.parete monẽti.
Vt faueas cœptis phœbe ſaluber ades.
Phœbus adeſt:ſonuere lyræ.ſonuere pharetræ
Signa deum noſco per ſua.phœbus adeſt:
Confer amiclæis medicatum uellus ahenis.

uſus eſt:quam ex teſtudinis forma inueniſſe Mercurium tradunt:& ea donaſſe apollinem poſt apollinis cũ Marſia:qua & ſuperior fuit:contentionem:poſtq; ſumptam præter æquum uicto pœnam:pœnituiſſe Apollinem dicunt:citharæq; effractis chordis.muſica aliquãdiu abſtinuiſſe. Auctor Diodorus. Sonuere pharetræ.Pharetra enim ex humeris apollinis pendebat.Horatius. Voce dum terret uiduus pharetra Riſit apollo.Scribit Diodorus Apollinem arcus ſagittandiq; extitiſſe repertorem: qua ex cauſa cretenſes præcipue arcu delectati ſunt:quem Scythicũ uocãt.Confer amyclæis. Tyriã purpuram laconica præſtantiorem ẽe docet poeta ut ex puellis aliam alia pulchriorem eſſe per ſimilitudinẽ probet.Scribit Plinius Rorem purpuræ præcipuum eſſe aſiæ in tyro.In enynge africæ:& getulo littore oceani:in laconica Europæ. Confer.Compara. Vellus medicatũ.lanam tinctã.Ahenis

Lyra apollinis

Arcus ſagittãdiq; repertor

Scithic⁹.

Vbi ros Purpuræ ꝑcipuus



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Purpura Tyria Dibapha

amiclæis. Vaſis laconicis. Murice cũ tyrio:cũ tyria purpura quæ omniũ lauda tiſſima habebatᷣ: præſertim ſi Didapha erat:hoc eſt bis tincta magnifico impendio. Eſt aũt murex genus purpuræ: ut docet Plynius. Turpius illud erit:laconicã purpurã intellige. Vtraq;:& iuno & pallas. Sed tibi collatam. Comparatam:nam ex comparatione quoq; minus amicam placere poſſe oſtendit. Tantum iudicio:uide ne præ amore plus placeat amica q̃ par ſit. Scripta caue relegas. Docet quid ſit exiguũ illud:quod ſibi quoq; profuiſſe dixerat. Scripta:tabellas ab amica antea miſſas ad amatorem accipe.

Murice cum tyrio.turpius illud erit.
Vos quoque formoſis ueſtras cõferre puellas.
Incipiet dominæ quenque pudere ſuæ:
Vtraque formoſæ paridi potuere uideri:
Sed tibi collatam uinciſ utrãque uenus.
Nec ſolam faciem:mores quoque cõfer & arteſ
Tantum iudicio ne tuus obſtet amor.
Exiguum ẽ q̃od deinde canam.ſed profuit illđ
Exiguum multis:in quibus ipſe fui.
Scripta caue relegas blandæ ſeruata puellæ.
Conſtantes animos ſcripta relecta mouent.
Omnia pone feros(quãuis inuitus)in ignes.
Et dic ardoris ſit rogus iſte mei:
Theſtias abſentem ſuccendit ſtipite natum.
Tu timide flammiſ perfida uerba dabis.
Si potes & cæraſ remoue.quid imagine muta
Carperis? hoc periit laodomia modo.
Et loca ſæpe nocent fugito loca conſcia ueſtri
Concubitus:cauſas illa doloris habent.
Hic fuit.hic cubuit.thalamo dormiuim⁹ illo
Hic mihi laſciua gaudia nocte dedit:
Admõitu recreatur amor uulnuſq; nouatum
Scinditur:& firmis cauſa puſilla nocet:
Vt pœne extinctum cinerem ſi ſulphure tangaſ
Viuet:& ex minimo maximus ignis erit:
Sic:niſi uitaris:quicquid renouabit amorem
Flamma redardeſcet:quæ modo nulla fuit
Argolicæ cuperent fugiſſe capharea puppes:
Teque ſenex luctus ignibuſ ulte tuos.

Omnia pone feros omnia ſcripta igni cremato. Ardoris ſit rogus iſte mei: iſte ſit finis:& cõſumptor mei amoris. Theſtias abſentem.

Meleagri. Fbaula.

Oeneus in magna frumenti copia:quũ cæteris diis ſola diana neglecta ſacrificaſſet:irata dea Calidonium aptum ingenti magnitudine celebrem aduaſtandam late patriam propinquam immiſit. Ad hunc delendum Meleager ætate uiribuſq; integer:pluribus aſſumptis ſecum ſociis aprum iaculatus:occiſæ beſtiæ præmium(id erat feræ pellis)omnium cõſenſu tulit. Quũ in uenatione Atalanta ſchinei filia affuiſſet:eius amore captus:pellẽ ueluti laudem occiſæ feræ ſibi conceſſit. Quod factum qui una uenati fuerãt Theſtii filii ægre ferentes. Atalantæ per inſidias quum in arcadiam rediret:pellem abſtulere. Meleager puellæ auxilium ferens: Althææ matris fratres necauit: illa meleagrum execrata eſt:ab diis immortalibus: qui eius uotum exaudiuerunt filio mortẽ imprecata. Fabulantur quidam melegari ortu parcas noctu in ſomnis althææ dixiſſe tunc uitæ Meleagri filii finem fore.quũ id lignum(is torris extinctus erat)combureretᷣ. Orto puero exiſtimant in eius ligni cuſtodia filii ſalutem contineri:diligẽter cuſtoditum ſeruauit. Poſtmodum fratrum morte irritatam torre combuſto ferunt cauſam interitus filii extitiſſe: cuius facti poſtea quũ eam pœniteret:laqueo uitam finiuit. Auctor Diodorus. Fabulam etiam narrat Ouidius in met. Theſtias: Althæa theſtii filia. Cæras. Amicæ imagines æreas. Carperis.delectaris. Hoc modo:quia proteſilai mariti cæream imaginem laodomia effinxerat:dicente ipſa i epiſtolis.

Laodomiæ. Mors

Dum tamen arma geris diuerſo miles in orbe. Quæ referãt uultus eſt mihi cæra tuos.& paulopoſt. Hãc ſpecto: teneroq; ſinu pro cõiuge uero. Et tanquam poſſit uerba referre queror. Sed quum ille e naui egreſſus: in bello troiano periiſſet: laodomia audita mariti morte eius deſiderio in amplexu imaginis cæreæ expirauit: Seruius ſcribit eam optaſſe:ut mortui mariti umbram uideret:qua re conceſſa nõ deſerẽs eã:in eius amplexibus periit: Recreatur admonitu.fouetur recordatione: Vulnuſq; nouatum.amor recrudeſcens. Scinditur aperitur: Firmis.amore pœne literatis. Cauſa puſilla.parua cauſa. Flamma redardeſcet:renouabitur amor.

Naufragiũ græcorum Caphareus

Argolicæ cuperent. Docet a ſimili loca:quæ nocent amanti:euitanda eſſe: Nauplius Palamedis pater:ut ulciſceretur filii necem eleuata facula ſignum dedit ex Caphareo Euboiæ promontorio græcis naufragio laborantibus:qui credentes eos ignes indicare portum tutiſſimum:inter aſperrimos ſcopulos naufragium fecerunt: Virgilius. Vltroq; caphareus..& Propertius. Nauplius ultores ſub noctem porrigit ignes. Et natat exuuius græcia præſſa ſuis. Solinus ſcribit Caphareum



promontorium prominere in heleſpontum. Vbi poſt illi excidium argiuam claſſem uel mineruæ ira uel quod certior prodit hiſtoria ſidus arcturi grauibus affecit caſibus. Teq; ſenex. Nauplium palamedis patrem dicis. Præterita cautus niſeide. Strabo in nono ſcribit poſt cromyonem Scironides atticis finibus imminere petras iuxta mare tranſitum non relinquentes. Super eas autem uiam eẽ in atticam atque. Megara ab iſthmo ducentem quo in loco Scironis res in monte geſtæ. latronumq; & flectentes ad terram arbores pinus fabulis memorantur:quas theſeus obtruncauit: A quibus locis extremis flantem procellaſq; cientem ſæuum Caurum athenienſes Scironem appellant. Secundum uero petras illas Scironides idem ſcribit Minoam rupem prorumpere in pelagus Niſeæ portum efficiens.

Præterita cautus niſeide nauita gaudet.
Tu loca quæ nimium grata fuere caue.
Hæc tibi ſint ſyries:hæc acrocera unia uita:
Hic uomit epotas dira charybdis aquas.
Sunt quæ non poſſunt aliquo cogente iuberi.
Sæpe tamen caſu facta leuare ſolent.
Perdat opes phædra.parces neptune nepoti:

Niſea: ſeu Minois.

Fuit autem Niſea Megarenſium emporium:quod etiam Minoa uocabatur a qua poeta procelloſum mare & oram illam Niſeida appellauit. Potes etiam per. Niſeida ſcyllam intelligere quæ eſt ſcopulus in freto ſiculo uerſus italiam ſub quo ſunt concaua ſaxa quo naues uiuentorum æſtuq; freti impelluntur:laceranturq;.

Scylla ſcopul⁹.

De qua Circe apud. Homerum in.xii. Odyſſ.ita. Vlyſſem alloquitur: Duo ſunt ſcopuli cacumen montes exuperat:in quod nemo mortalium aſcendit unquã. In medio ſcopulo ſpelunca Erebi inſtar. Habitat illic Scylla monſtrum immane.cui præter deum occurreret nemo.aſpectu triſtis.xii.habet pedes.colla prælonga ſex:totidem capita:dentes triplici ſerie pectinatos:capita exerens:beluas ingentes piſcatur.

Scyllæ Forma

Fabulam habes apud Ouidium in.xiiii.met. quam hic tamen more poetico confundit. Vult enim Scyllam Niſi filiam in monſtrum marinum. Deinde in ſaxum:quod Niſeida appellat fuiſſe conuerſam:id a nautis uitari docet etiam. Ouidius in met. Eandem fabulam confundit etiam Propertius eo carmine. Quid mirum in patrios ſcyllam ſæuiſſe capillos Candidaq; in læuos inguina uerſa canes:& Virgilius. Quid loquar aut ſcyllam niſi quam fama ſecuta eſt Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris Dulichias uexaſſe rates.

Syrtes

Hic tibi ſint ſyrtes. Syrtes duo ſunt ſinus africani maris diſpari magnitudine:ſed pari periculo. Vento enim trahuntur harenæ:unde locus modo uadoſus fit accedente cumulo harenarum.modo profundior illic alio depulſis. Saluſtius. Nam prope duo ſunt ſinus in extrema africa:impares magnitudine:pari natura. Quorum loca proxima terræ peralta ſunt. Cætera interiora ubi fors tulit alta alia. Alia in tempeſtate uadoſa. Nam in tempeſtate fluctus quaſi limum harenam.& ſaxa trahunt & hinc facies locorum mutatur. Solinus quoque ita ſcribit. Cui proximi cyrenenſes inter duas ſyrtes: quas inacceſſas uadoſum & reciprocum mare efficit:cuius ſali defectus:uel incrementa haud promptum eſt deprehendere:ita incertis motibus nunc in breuia reſcinduntur dorſuoſa. nunc in æſtibus inundantur inquietis:ut. Varto auctor eſt per flabilem ibi terram uentis penetrantibus ſubitam uim ſpiritus citiſſime aut remouere maria.aut reſorbere.

Ceraunia ſiue acroceraunia

Hæc acroceraunia uita. Effuge hæc loca: tãquam nautæ fugiunt ceraunia. Lucanus. Scopuloſa ceraunia nautæ ſumma timent &. Horatius. Qui uidit mare turbidum. Et infames ſcopulos Acroceraunia: Sunt autem. Ceraunia: Siue Acroceraunia(ut docet. Seruius)montes epiri:a crebris fulminibus dicti: ακρος enim ſummitas dicitur κεραυνός uero fulmen:quia eorum ſummitas fulminibus infeſtatur. Virgilius. Aut: Athon:aut rhodopen:aut alta ceraunia telo Deiicit.

Charybdis

Hic uomit epotas. Carybdis fœmina fuit uoraciſſima.ut docet Seruius:quæ quia. Herculis boues rapuit:a Ioue dicitur fulminata:& in maria præcipitata:unde naturam priſtinam ſeruat:nam ſorbet uniuerſa.

zanclea charybdis.

Oſtenditur autem Charybdis ante urbem Siciliæ zanclen paululum in traiectu:a qua ipſa a poetis zanclæa appellatur:eius profundum quidem immenſum eſſe docet Strabo:quo inundationes freti mirum immodum nauigia detrahunt magnas per circunductiones:& uortices præcipitata:quibus abſorptis. ac diſſolutis naufragiorum fragmenta ad. Taurominitanum littus attrahuntur: quod ab huiuſmodi caſibus coprian. ideſt fimum appellant. Tibullus. Nec uiolenta ſuo conſumpſit in ore charybdis. Vel ſi ſublimis fluctu conſurgeret imo. Vel ſi interrupto nudaret gurgite pontum. Sunt quæ nec poſſunt. Diuitias & opulentiam amori etiam obeſſe dicit. Aliquo cogente:quia ſi cogam amatorem diuitiis ſuis carere:ut ſanetur:non parebit. Caſu facta. Caſu diuitiæ amiſſæ: quæ ſunt bona fortunæ. Leuare ſolent:ſolent amorem tollere. Perdat opes phædra. Si phædra ſit ſine diuitiis.

Hippolyti interitus.

Parces neptune nepoti.non capietur priuigni hippolyti amore:nec ille interficietur a neptuno immiſſo tauro. Nam quum theſſeo uxor phædra falſo accuſaſſet hippolytum theſei filium ex hippolita amazone:q̃ eam de ſtupro interpellaſſet. Theſeus pater ab auo. Neptuno pe-



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

tiit.ut filius diſcerperetur.qui quum Troezena curru ueheretur.cornigero tauro a neptuno improuiſo emiſſo perterretactis equis:& per aſperrima ſaxa curru protracto.excuſſus interiit. ut elegantiſſime narrauit.Ouidius in ultimo met.hyppollyti interitus meminit etiam Cicero in officiis his uerbis Nam ſi(ut in fabulis eſt)Neptunus quod theſeo promiſerat.non feciſſet. Theſeus filio hippolyto non eſſet orbatus. Taurus auitus. Taurus neptuni theſei aui. Aegeus enim filius fuit neptuni & Meropes. Gnoſida feciſſes inopem. Si phædra pauper fuiſſet potes hoc etiam ad paſiphen referre. Cur nemo eſt hecaten? Hecateſ & Hiri exemplo docet amorem non pauperes:ſed potentiores ſubigere. Sunt qui non hecatem:ſed hecalen legẽdum putẽt

Hecale.

Fuit enim hecale anus pauper:quæ theſeum ſuſcepit hoſpitio. Apuleius libro primo met. Contentus lare paruulo.

Theſei illius cognominis patris tui uirtutes æmulaueris:qui non eſt aſpernatus.

Hyrus Mendicus.

Hecales anus hoſpicium tenue. Nulla eſt quæ cæperit hyrum. Hyrus itacenſis mendicus fuit ſtultus:& magno corpore:qui(ut. Homerus ſcribit)uapulauit ab Vlyſſe:quum reuerſus inueniſſet in ueſtibulo ædium ſuarum: hyrus appellatus eſt a loquacitate mendicandi.nam Arne? olim a matre dicebatur.Propertius Lydus dulychio non diſtat crœſus ab hyro.

Arneus.

Non tamen hoc tanti eſt: non tamen tanti facis amoris remedium:ut uelis pauper eſſe. At tanti tibi ſit. at tanti facias non frequentare theatra quo ad conualueris:quanti facis amoris iugum ponere.

Non indulgere theatris. non frequentare theatra.in quibus molles & laſciuæ res agitari ſolent. Propertius. O nimis exitio nata theatra meo. Cantuſq;: rythmi: Et uox.uerba laſciua cantantium in theatris. Et numeris brachia mota ſuis. Saltationes illas & moles geſticulationes dicit.quæ in theatris fiebant. Properti?.Siue aliquis molli deducit brachia geſtu Candida:ſeu uarios incinit ore modos. Ficti amantes: non ueri amantes. ſed ficti.ut in argumentis comœdiarum introducuntur. Quid caueas.quid uites tanquam damnoſum. nam comœdia eſt uitæ ſpeculum. Actor.comœdus.

Quid iuuet. Quid proſit. Teneros poetas.poetas elegos.& molles dicit. Meas dotes meos libros. Callimachum fugito.Callimachus in elegia princeps habetur Fabii iuditio:Fuit autem cirenæus.ut docet. Strabo a batto oriundus. Non eſt inimicus amori.quia res amatorias & laſciuias ſcripſit uerſu elegiaco: nã lyden amauit:de qua elegias ſcripſit. Tu quoq; coenoces.Philetas etiam ex co inſula in mari carpathio elegiam ſcripſit:& in eo ſcribendi genere ſecũdas tulit:ut Fabius docet:huius etiam meminit Strabo:quem aliorum ſcriptorum criticum fuiſſe dicit.Battida amauit.Ouidius de ſine titulo. Nec tantum clario Lyde dilecta poetæ.Nec tantum coobattis amata deo.Me certe Sapho.Sapphus opera erant laſciua:unde & in arte amandi ita ſcripſit.Nota ſit & ſappho.quid enim laſciuius illa. Meliorem amicæ magis placidum. Teia muſa.Anacreon poeta patria Teius. Carmina Tibulli. De. Tibullo.& aliis poetis plura diximus in libris de arte amandi. Cuius opus cynthia ſola fuit. Propertium quoque nõ tuto legi poſſe ab amatore præcipit.Durus diſcedere.Abire quin mollis fiat.De Gallo poeta antea dictum eſt.Neſcio qd tale.neſcio quid ſimile & laſciuũ. Aemulus.riualis. Solam

Callimachus Lyden amauit

Philetas battida amauit.

Sapph? opera.

Nec faciet pauidos taurus auitus equos.
Gnoſida feciſſes inopem:ſapienter amaſſet.
Diuitiis alitur luxurioſus amor:
Cur nemo ẽ hecaten? nulla ẽ quæ cæperit hyrũ?
Nempe quod alter egens:altera pauper erat.
Non habet unde ſuum paupertas paſcat amorẽ
Non tamen hoc tanti eſt:pauper ut eſſe uelis.
At tanti tibi ſit non indulgere theatris.
Dum bene de uacuo pectore cædat amor.
Eneruant animos citharæ:cantuſq;:lyræque:
Et uox:& numeris brachia mota ſuis.
Illic aſſidue ficti cantantur amantes:
Quid caueas actor:quid iuuet:arte docet:
Eloquar inuitus:teneros ne tange poetas.
Sommoueo dotes impius ipſe meas:
Callimachum fugito:non eſt inimicus amori:
Et cum callimacho tu quoque coenoces.
Me certe ſappho meliorem fecit amicæ.
Nec rigidos mores teia muſa dedit.
Carmina quis potuit tuto legiſſe tibulli?
Vel tua cuius opus cynthia ſola fuit?
Quis potuit lecto durus diſcedere gallo?
Et mea neſcio quid carmina tale ſonant:
Quod niſi dux operis uatem fruſtratur apollo
Aemulus eſt noſtri maxima cauſa mali.
At tu riualem noli tibi fingere quenquam:
Inque ſuo ſolam crede iacere toro:



amicã ſine ullo amante. Acrius Hermionẽ exemplis docet amorem æmulis ardentiorem fieri. Alterius uiri.Pyrrhi Achillis filii.Ibas ſine coniuge creten:nam quũ paris ſpartam nauigaſſet:a Menelao ſuſceptus eſt hoſpitio:qui Helenæ uxori hoſpitis curã mandauit:ipſe uero in cretã nauigauit cum reliquis Minois ꝓnepotibus accitus ad diuidendas Atrei opes. Viro pliſtenio:Agamẽnoni pliſtenis filio.Nec fruſtra flebat:nec fruſtra plorabat Achilles.Atrides fecit:Agamẽnon rem habuit cũ briſeide.Fuit maximus fructus:fuit maxima utilitas.Nam ſibi ꝙ nunq̃ tactã briſeida.Agamẽnon in nono iliados Homeri cũ maximis munerib? pollicetur ſe ẽt briſeida.quã achilli eripuerat remiſſurũ:eamq; itegerrimã oĩno:& quæ nunq̃ ſecũ aut in eodem cubili iacuit aut more uirorũ mulierũq; fuiſſe cõmiſtã magnũ iuſiurandũ interponit. Sceptrũ non putat eſſe deos:quia credit aliud eſſe iurare p ſceptrũ:aliud p deos.Modo uelle tene:modo teneas tuã uoluntatem adeundi amicã:ut ſit uerbũ pro noĩe:ſic & Perſius Velle ſuũ cuiq; eſt:uel tene uelle:tibi ꝓpone tranſire uelle amicæ cõſpectum.Nunc fortiter ire:nũc opus ẽ forti animo trãſire amicæ lumina.Illo lotophagos.Lotophagi fuere populi Africæ habitantes Meningem inſulã:ut ſcribit ſtrabo:ſic appellati: qm̃ comedunt loton:quæ eſt arbor ferens fructũ ſuauiſſimũ:& tã dulcẽ cibũ(ut auctore Plinio in libro.xiii.)nomen ẽt genti terræq; dederit nimis hoſpitali aduenarũ obliuione patriæ:nam Vlyſſes in Africã delatus:ſocios ſciſcitatum miſit:q guſtata loto:nunq̃ renũciare:aut redire curabant cibi.n.ſuauitate ſuorũ obliti erant: quos Vlyſſes inuitos ad nauẽ reduxit:unde Silius libro tertio ita ſcribit. Quos ſucco nobilis arbor:Et dulci paſcit lotos nimis hoſpita bacca:ſcribit Plinius Loton arborem naſci circa ſyrtes:atq; Naſamõas:paulo maiorem piro:fructũ fabæ magnitudine colore croci:admirãdæ ſuauitatis:quæ in Italiã tranſlata naturã mutat.Herodotus ẽt in libro quarto ſcribit lotophagos gindanorũ oram in mare porrectã incoluiſſe:qui e ſolo loti fructu uictitabant: q fructus eſt inſtar fructus lentiſci:ſuauitate aſſimilis fructui palmarũ: & ex eo fructu lotophagos uinũ facere ſolitos fuiſſe. Idẽ auctorem.In illo antro ĩ amicæ aditu: de ſirenibus dictũ eſt. Adiice uela.ociſſime tranſeas:Nunc quoq; uel nimiũ.Docet ẽt riualem nõ habendũ eſſe loco inimici: ut antea. Ecce cibos etiam.Cibos quoq; libidinem incitãtes uitandos eſſe dicit. Daunius bulbus:bulbus ex apulia:quem poſt Africanos laudat Plynius libro decimonono. Erit noxius:erit nocens. Erucas ſalaces.Erucam herbã libidinem incitantem. Vtilius ſummas acuentes lumina rutas:Rutam (ut Plynius docet libro.xx.)pythagoras oculis noxiam putauit falſo:quoniam ſculptores:& pictores hoc cibo uſos fuiſſe ſcribit oculorum cauſa: Eadem generationes impedit.Ideo profluuio genitali datur:& uenerem crebro perſomnia imaginantibus. De bacchi munere: de uino a baccho reperto.Scribit.n.Diodorus in primo Dionyſium uini fuiſſe inuentorem in nyſa:quam plantandi:ac uini conficiendi.ſeruandiq; ex alio tranſ

Lotophagi.

Lotos

Eruca

Ruta

Vini inuentor.

Acrius hermionem deo dilexit oreſtes:
Eſſe quod alterius cœperat illa uiri.
Quid menelaæ doles? ibas ſine cõiuge creten?
Et poteras nupta lætus abeſſe tua.
Vt paris hanc rapuit:tum demum uxore carere.
Non potes:alterius creuit amore tuus
Hoc & in abducta briſeide flebat achilles:
Illam pliſthenio gaudia ferre uiro.
Nec fruſta flebat.fecit(mihi credite)atrides:
Quod ſi non faceret:turpiter eſſet iners
Certe ego feciſſem:nec ſum ſapientior illo:
Inuidiæ fructus maximus ille fuit.
Nam:ſibi quod nunquam tactam briſeida iurat.
Per ſcæptrum non putat.eſſe deos.
Dii faciant poſſis dominæ tranſire relictæ.
Lumina.propoſito ſufficiantq; pedes.
Et poteris.modo uelle tene:nunc fortiter ire.
Nunc opus eſt celeri ſubdere calcar equo.
Illo lotophagos:illo ſirenes in antro.
Eſſe puta:remis adiice uela tuis
Tu quoq; qui quondã nimium riuale dolebas
Vellem deſineres hoſtis habere loco.
Hunc certe q̃uis odio remanente ſaluta:
Oſcula quum poteris iam dare:ſanus eris.
Ecce cibos etiam:medicinæ fnugar ut omni
Munere:quos fugias:quos ue ſequare dabo.
Daunius:an libycis bulbus tibi miſſus ab oris:
An ueniat megaris:noxius omnis erit.
Nec minus erucas aptum eſt uitare ſalaces:
Et quicquid ueneri corpora noſtra parat:
Vtilius ſumas acuentes lumina rutas.
Et quicquid ueneri corpora noſtra negat.
Quid tibi præcipiam de bacchi munere quæris

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ſerendi uſum edocuit. Spe breuius: breuius quam ſperes. Meos monitus: mea præcepta de munere bacchi. Stupeant: torpeant:ſenſu careant. Nutritur uento. Docet amorem uino accendi & iminui ut ignis uento. Lenis aura:placidus uentus Aut nulla ebrietas:aut nihil aut immodice bibas. Si qua eſt inter utrunq; . ſi quis parce biberit. Exægi:ad calcem deduxi. Feſſæ date ſerta carinæ: poſtquam opus cœptum ad finem perduxit poeta:iam qeſcendum eſſe dicit:qđ faciunt etiam nautæ:quum portum attigerint. Pia uota. pias preces.Meo carmine:meis præceptis quibus remedia amoris de ſcripſi.

FINIS.

Spe breuius monituſ experiere meos.
Vina parant animos ueneri:niſi plurima ſumas
Et ſtupeant multo corda ſepulta mero.
Nutritur uento:uento reſtinguitur ignis.
Lenis alit flammas:grandior aura necat.
Aut nulla ebrietas:aut tanta ſit:ut tibi curas
Eripiat.ſi qua eſt inter utrunq;:nocet.
Hoc opus exegi feſſæ date ſerta carinæ:
Contigimus portum quo mihi curſus erat.
Poſt modo reddetis ſacro pia uota poetæ:
Carmine ſanati fœmina uirq; meo.

P.OVIDII NASONIS.DE RE
MEDIO AMORIS FINIS.

Habes Franciſce Generoſe Enarrationes noſtras in Ouidium de Arte Amādi:& de Remedio Amoris quas celerius aliquāto:q̄ fuerat cōſiliū tuis precibus emiſim9:Volebā enim uti Horatii cōſilio:cū i arte poetica docet nō p̄cipitandā eſſe editionē.ſed i nonum annū præmendā:Quare ſi qd deſiderabitur:id tibi:& quotidiano tuo cōuicio aſcribito:Si quid uero immutatione litterarum ſyllabarū ue aliqd deprauatum inueneris:id non mihi:uerum difficili impreſſorum correctioni imputato. Vale.

Enarrationes in ouidiū de Arte Amandi.& de Remedio amoris diligenter:& accurate cōpoſitas a Bartholomæo Merula Mantuano. Impreſſit Venetiis Vir ſolers & Induſtrius Ioannes de Tridino alias Tacuinus. Anno ſalutis.M.cccc.lxxxxiiii:Tertio nonas Maias:Auguſtino Barbadico Duce Inclyto ac fœliciſſimo.

COmparens corā Sereniſſimo Principe & excellentiſſimo Dñio egregiuſ Vir ioannes de tridino alias Tacuinus:expoſuit ſe habere Enarratiōes i Ouidiū de Arte amādi & de remedio amoris.Cōpoſitaſ ab Eruditiſſimo Viro bartholomæo Merula:Quod opus quū iprimi facere intenderet ad cōmunē oium utilitatē.iccirco ſupplici ſermōe petiit:ut ſibi ſoli liceat hoc facerē:ne forte aliuſ qſpiā iprimere uolēs:cū dāno eiuſdē ioānis fieret:Quāobrē iſraſcripti dñi Cōſiliarii Terminarūt:q; nemini liceat iprimere:aut iprimi facere nō tā Venetiis:q̄ i oib9 locis:& Ciuitatib9 præfati Excellētiſſimi Dñii p decēniū opus prædictū niſi ipſi Ioāni ſub pœna imediatæ:& irremiſſibilis amiſſionis oium ſimiliū librorū:& ducatoꝝ decē de ſuis ꝓpriis bonis ꝓ quoq; uolumie ipreſſo:aut uēdito cōtra hoc Sereniſſimi dñi edictū. Quæ pœna uadat ad montiſ noui recupationē cui qdē pœnæ ſubiacere oino debeat Quicūq; uolumē aliqđ ſimile extra Ditionē illuſtriſſimi Dñii præfati impreſſum uendere uel in hac ciuitate nr̄a:aut quibuſcūq; aliiſ in ciuitatibus:Terris & locis noſtris.

Conſiliarii

D.Iacobus leonus.
D.Hieronymus Vendraminus.
D.Bartholomæus Victurius.
D.Leonardus Mocenigo.

M.ANTONII ANTIMACHI
MANTVANI CARMEN.

Naſo corinna tuoſ expertus ſæpe calores.
Et quam fallaces ſint in amore doli:
Edidit excultos hac callidus arte libellos.
Quo facile ad dominam quiſq; teneret iter
Scripſit & accenſos quæ nā medicina furores
Tollat:& illato uulnere præſtet opem.
Quæ facili quāuis ſint ſcripta poemata uerſu
In multis fuerant non bene nota locis:
At modo diſcuſſit Merulæ ſolertia docti
Non exploratum quicquid habebat opus:
Huic igitur tantum debere fatentur amātes.
Naſoni quantum pallida turba ſuo:

DOMICI PALLADII SORANI
CARMEN.

Quot puer icautos quōdā pharetratus amāteſ
Impulit ad ſæuæ tela cruenta necis?
Quot laqueis periere fero ſub amore iacētes?
Quot rapuit miſeros æſtus & unda uiros?
Sæuus amor quōdā:factus nūc mitior armis
Leuiter offendet pectora uincta ſuis:
Namq; modū facilemq; uiā docet artis amandi
Hoc opus:Aſt aliud uulneris edit opem:
Multū docta cohors:ueneriq; obnoxia pubes.
Ingenio debet naſo poeta tuo.
Nec minus interpres eadem tibi Merula debet
Quod per te multis quæ latuere patent:
Ergo tibi innumeras pro tanto munere grates.
Merula culte tibi turba latina refert.

Registrum operis.

a
Prima alba
Bartholomæi
& experientia.
b
culum induxit:
ſimulacra ꝓferētes
Ouidius:Vallis
c
Iam dicit nimis
ſonant Cymbala
dæ menſæ
d
ſimularunt.
ad fontem
Seu lacies talos.
e
roſtra columbæ:
ris incolentium
inſulam conceſſit
f
Latmiuſ endymiō
Succinctæ dianæ
Roſida dea
g
Ludos circenſes
peretur uoluit:
Lectus & umbra
A
Bartholomæi
eſſet filius:magno
ctat.Aſſignat
B
uel trochaicam
Cæratas puppes:
C
ducant:Mediis
promontorium

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES